„ Niebo? *chociaż te wſzyſtkie niewcale*
„ *zdawać ſię mogły Piſmu Swiętemu*
„ *przeciwne: Cóż gdyby ten Swięty*
„ *Ociec w Szkołach Teologii naſzey ſta-*
„ *nął, gdzie żadne inne nauki mieyſca by*
„ *mieć niepowinne, tylko pożyteczne, mą-*
„ *dre, poważne i święte; á nas oto roz-*
„ *prawiaiących w wielkiey wrzawie*
„ *poſłyſzał;* Jzali w materyi pier-
„ wſzey znayduią ſię przyczyny na-
„ ſienne? Jzali Elementa zamykaią
„ ſię formalnie w rzeczach ſkłada-
„ nych? Jzali miłość pomnażaſię
„ przydaiąc ſtopień do ſtopnia? Jzali
„ Sakramenta zaſadzaią ſię na iakim
„ przymiotniku? Jzali ośieł piiąc wo-
„ dę Chrzeſną, Chrzeſt przyi-
„ muie? *gdyby, mówi* Auguſtyn
„ *Swięty o takie rzeczy nas dyſputuią-*
„ *cych poſłyſzał, coby powiedział? Po-*
„ *wiedziałby pewnie, że my na niepotrze-*
„ *bnych dyſputach czas drogi tratwiemy,*
„ *który, choćbyśmy naydłużey żyli, nigdy-*
„ *by nam do obięcia rzeczy potrzebnych*

nawet

„ ſet? niſi quod de Sophiſtis sapien-
„ ter pronuntiavit: *Valde eos serio &*
„ *subtiliter delirare.* „

Non eſt Theologia ita tractanda, ut Hæreticis risum moveat; sed ut omnes in exiſtimationem & amorem ſui rapiat, maleque de Ea mereri videntur, qui dum Eam maxime ampliſicare iſtis non neceſſariis quæſtionibus volunt; maxime ridiculam faciunt. Non refert, quam longa, quam lata, quam subtilis habenda ſit Theologia; sed refert, quam vera, quam utilis Eccleſiæ, quam gravis, quam fortis, quam hoſtibus Fidei formidabilis.

Clare igitur, ut arbitror, eſt iam cognitum, undenam Contemptus hic & vilipenſio Theologicorum ſtudiorum in præsenti sæculo veniat; & ſicut facili negotio, ea, quæ emendanda sunt, emendari à Celeberrimis Viris ubique fere Gentium in tota Chriſtianitate lætamur: ita dignitatem & præſtantiam huius Sacri Studii adſtruere, eiusque excellentiam demonſtrare efficaciter Nos poſſe in hac altera orationis parte ſperamus.

PARS II.

Mirari vos credo, AA: quomodo tam Sancta, tam perutilis, tam

„ *nawet nietylko pożytecznych niewyſtar-*
„ *czał, powiedziałby o nas to, co niegdyś*
„ *ſprawiedliwie rzekł o Sofiſtach:* że oni
„ w ſamey iſtocie ſubtelnie od ro-
„ zumu odchodzą. „

Nie tak ma być dawana Teologia, aby Heretykom śmiech z siebie czyniła; ale żeby poważanie i ſzacunek u wſzyſtkich znaydowała, i rozumiem, że ſię iey barzo źle przyſługuią, którzy gdy naybarziey onę powiękſzyć chcą niepotrzebnemi ſwemi kweſtyami, tym barziey śmiechu godną być czynią. Mało na tym zależy iak długą, iak obſzerna, iak ſubtelna daie ſię w Szkołach Teologia; ale iak czyſta, iak prawdziwa, iak pożyteczna Kościołowi, iak dzielna i poważna, iak nieprzyiaciołom wiary ſtraſzliwą.

Ponieważ tedy, iaśnie, iak mi ſię zdaie, widzicie, ſkąd ta Swiętey Teologii pogarda, Która w teraźnieyſzym wieku ſtała ſię prawie powſzechną, początek ſwóy wzięła: przeto co było godnego poprawy, iako nic niewidzę czegoby wielcy Ludzie w całym Chrześciaństwie i w całym świecie niepoprawili; tak ſpodziewam ſię, że o zacności oney zupełnie w tey drugiey części mowy przekonani będziecie.

CZĘŚĆ II.

Wiem SS. że ſię temu dziwuiecie, iakim ſpoſobem Teologia będąc tak

Swiętą,

neceſſaria Theologica ſcientia in tantos eſt tracta abuſus, ut & priſtinam ſui utilitatem & debitam ſibi majeſtatem, & propriam dignitatem his præſertim temporibus amittere videatur. At si propius velimus rem inſpicere, poteſtne ſana mente ob quoſdam abuſus contemni hoc ſacrum ſtudium, ſine quo nec DEI veri cognitio, nec cultus Ei debiti determinatio, nec Felicitatis æternæ conſecutio in Gentibus poteſt ſperari?

Swiętą, tak pożyteczną i tak potrzebną w tak wielkie wciągniona zoſtała nieprzyzwoitości, iż zdaie ſię, iakoby w teraźnieyſzym wieku wſzyſtkie ſwoie dawne utracała zaſzczyty. Lecz ieżeli głębiey w rzecz ſamę weyrzeć zechcemy, czyliż należy ſądząc podług zdrowego rozumu dla niektórych przywar pogardzać tą Nauką, bez którey ani Prawego Boga poznanie, ani Czci Jemu powinney wybor, ani nadzieia doſtąpienia ſzczęśliwości wieczney w całym narodzie Ludzkim oſtać by ſię niemogła?

Aliud eſt si modus tractandæ Theologiæ reprehendatur, aliud si ipſamet Eius eſſentia cenſuris affi ciatur. Nam si á modo tractandi inepto de ipſa ſcientia feratur iudicium, quo pacto illud juſtum ac rectum efformabitur? Quanti errores! quanta Paradoxa ac omnis ſani ſenſus expertes ſententiæ á Philoſophis vel celeberrimis non ſunt propugnatæ & ad nos uſque tranſmiſſæ! Philoſophia nihilominus lumen mentis eſſe iure merito gloriatur. Quid eſt tam ſanctum, tam certum, tam indubitanter verum in tota Morali doctrina, quod á præſentis Philoſophiæ tantopere iactatæ Doctoribus non ſit diſtortum, concuſſum, peſſumdatum ac ſexcentis & millenis ſibique contrariis explicationibus deformatum? Quid ergo mirum, si etiam The-

Co inſzego ieſt ſpoſob uczenia Teologii naganiać, á co inſzego ſamę oney iſtotę. Bo ieśli z niedobrego ſpoſobu uczenia, o ſamey nauce ſądzenia miarę brać mamy; iakaż będzie ſprawiedliwość naſzego o Teologii wyroku? Jakich nieutrzymywali i do nas nieprzeſtali błędow nayſławnieyſi różnych wiekow Filozofowie! mimo tego przecież Filozofia, że ieſt światłem rozumu Ludzkiego, ſprawiedliwie tym ſię zaſzczyca. Co ieſt tak świętego, tak prawdziwego tak niezawodnie pewnego w całey Naturalney moralności od Filozofow teraznieyſzych tak barzo zachwaloney, coby ſię dobrze iedno z drugim zgadzało, a niewſzyſtko zgruntu było pomieſzano, i tyſiącznemi wykładami ſobie wcale przeciwnemi niebyło zmienionym? Cóż tedy za dziw, ieśli i Teologii Doktorowie niepomiarkowanego

ologiæ Doctores intemperantis ingenii quandoque acti prurigine debitam modeſtiæ metam in aſſertis ſuis excedant? Quæ tandem eſt ſcientia ex Naturalibus, quæ ali quando chimericas non formet quæſtiones? Phyſica in quam multis hallucinabatur quæſtionibus! Chimia lapidem Philoſophorum inquirebat. Geometria quadraturam circuli quærebat. Mechanica perpetuum mobile efformabat. Medicina univerſale remedium præparabat. Jpſamet ſcientia Moralis ſimilibus laborat vitiis, ſi amicitiam perfectam, ſi regimen Regnorum univerſale ac omnium perfectiſſimum, ſi animum omnis affectionis expertem ac ſola unicé virtute abſque omnis lucri aut fructus alicuius intuitu informatum ſperat unquam videre: Nonne hæc ſunt totidem Chimeræ? quarum Aſſertores veniam facile & merentur & obtinent abſque ſcientiarum illarum contemptu ac præiudicio? *Joannes Craig* celeberrimus Mathematicus Anglus ſæculo elapſo Theologiam Chriſtianam calculo Matheſeos adeo ſerio & operoſé ſubiecerat; ut numeratis temporibus, quibus veritas Teſtium de viſu & Teſtium de Auditu circa fidem de ſæculis in ſæcula diminui per gradus omninó debuerat, extinctionem Fidei Chriſtianæ ac Mundi conſummationem in Annum 3160. á Nativitate

nego dowcipu ſwego unioſłſzy ſię żywością w decyzyach ſwoich niekiedy za granicę ſkromności wyboczą? Którąż między Naturalnemi umieiętnościami Nauka, którąby chimerycznych podczas nieformowała kweſtyi? Fizyka *w wielu rzeczach omackiem chodząc o iak często pobłądziła!* Chymia *Kamienia Filozoficznego poſzukiwała.* Mechanika *nad* ſamoruchem *nieraz ſię zapociła.* Geometrya kwadratury Cyrkułu *ſzukaiąc na pierwſze ſwoie prawidła zapomniała!* Medycina *powſzechne na wſzyſtkie choroby lekarſtwo gotowała. Sama Nauka Moralna podobnym podlegała przywarom, kiedy doſkonałą między oſobami przyiaźń, kiedy w Państwach rząd nieznaiący żadney wady, kiedy umyſł w Człowieku od wſzelkiey namiętności daleki a ſamą tylko cnotą; bez względu na zyſki powodуiący ſię znaleźć kiedyżkolwiek obiecywała! Czyliż to wſzyſtko nieſą tylekrotne chimery, których Obrońcy bez ubliżenia ſwym Naukom łatwe u wſzyſtkich przebaczenie znayduią?* Jan Kraig *Sławny Matematyk Angielſki wieku przeſzłego, Teologią Chrześciańſką pod kalkuł* Matematyczny *tak pilnie i pracowicie podciągnął; iż policzywſzy wieki, w których pewność świadectwa Tych co widzieli, i tych co od widzących ſłyſzeli coraz ſię barżiey umnieyſzać według Jego mniemania, była powinna; zupełne wiary Chrześciańſkiey zagubienie, i Całego świata ſkończenie na Rok 3160. po*

Na-

Chriſti pro certo determinaverit. Tam enormis abuſus matheſeos diminuitne huius ſcientiæ & utilitatem & præſtantiam? Ergone ſola Theologia tam rigidæ ſubiacebit cenſuræ, ut ſi quid imperfecti in Theologorum ſcriptis inveniatur, id totam hanc Cæleſtem Doctrinam in Eius ipſamet eſſentia inficere imo noxiam reddere debeat? Alia profecto alia cauſa eſſe præſenti ſæculo tanti contemptus erga ſacra Dogmata dignoſcitur: ubi ſemel tepiditas in Fide ac religione pedem fixerit, ubi prætenſa philoſophandi licentia locum obtinuerit: illico vel ipſa mentio Theologiæ riſui eſt ac contemptui, adeo ut fruſtra ſurdo canere, fruſtra quæ ſancta, quæ amabilia, quæ ſalutifera ſint Theologiæ, ſeu quod idem eſt, fidei Dogmata exponere cenſeamur. Et merito celeberrimus *Cardinalis Bembo* cuidam Philoſopho in ſimili diſputatione dixerat: *Nullam rationem tibi nec in Phyſicis nec in moralibus adferre valeo, ſi JESUM Chriſtum DEum verum ac Eius Religionem negare præſumas* Nec recens eſt iſthæc dicti Cardinalis ſententia: cum jam longé ante, id ipſum Tertullianus ſenſerit, in libro de anima capite primo dicens; *Cui enim veritas comperta eſt ſine Deo? Cui Deus cognitus eſt ſine Chriſto? Cui Chriſtus exploratus eſt*

Narodzeniu Chryſtuſa za rzecz nieomylną przepowiadał. Tak złe i nieprzyzwoite zażycie Matematyki czy uymuież co z zacności i pożytkow tey chwalebney Nauki? czemuż iedna Teologia ma podpadać tak ſurowey krytyce, że cokolwiek ſię znoydzie niedoſkonałego w Teologow piſmach; wnet ma Tę Swiętą naukę w całey oney iſtocie zarażać i ſzkodliwą czynić? Nie ta, iak widzę, nie ta ieſt przyczyna, dla którey Teologia S w teraźnieyſzym wieku ſpodloną została: oziębłość w Relii i wolność ſądzenia o wſzyſtkim, te ſą iey naywiększe nieprzyiaciołki, które ieśli raz gdzie utkwią, ieśli raz gdzie dla ſiebie otwarte znaydą wrota; iuż tam ſama Teologii wzmianka pogardę i pośmiewiſko ſprawi, tak dalece, iż do głuchego zdaiemy ſię mówić to, co ~~ieſt~~ *nayświętſzego, naymilſzego, i naypożyteczniey ſzego w Teologii, albo co toż ſamo ieſt w Religii Chryſtuſowey, obiaśnić i wyłożyć uſiłuiemy. Słuſznie więc ów ſławny Kardynał* Bembo *pewnemu Filozofowi w podobney ſprzeczce odpowiedział.* Zadney Tobie przyczyny ani w Fizyczney ani w moralney Nauce przywieść niemogę, ieżeli ſię JEZUSA Chryſtuſa Prawdziwego Boga i Jego S. Religii zaprzeć odważaſz. *I nie nowa to ieſt wſpomnionego Kardynała uwaga, gdy w dawnieyſzych wiekach tego ſamega był zdania* Tertullian

w xiąże

ſine Spiritu Sancto? Cui Spiritus Sanctus accommodatus eſt ſine fidei ſacramento?

w xiąże ſwoiey o duſzy w pierwſzym zaraz rozdziale mówiąc: Komuż ieſt znaioma prawda, bez Boga? komu znaiomy Bóg, bez Chryſtuſa? kto ſię dowiedział o Chryſtuſie bez Ducha Swiętego? kto o Duchu ſwiętym bez Taiemnicy wiary?

At cum præſens Oratio vos AA: alieniſſimos hac ab incredulitatis labe ſupponat; quicunque exponuntur, hic vobis Theologiæ introducti per iniuriam ſæculorum abuſus, certe exiſtimationi Veſtræ, quam de Eius dignitate & præſtantia conceptam habetis, minime detrahent.

Ale gdy ta rzecz moia dalekich was Przezacni SS: od hańby niedowiarſtwa bydź ſądzi: przeto mam tę niezawodną nadzieię, że iakiekolwiek ſą wprowadzone w Teologią nieprzyzwoitości; waſzego ku tey nauce przywiązania i ſzacunku bynaymniey nie zmnieyſzą.

Theologia enim eſt Facultas aut Diſciplina de DEO agens. Per Theologiam, ait *Auguſtinus*, ſignificari intelligimus de Divinitate rationem ſeu ſermonem. Ortus eius á primo mundi exordio una cum Eccleſia DEI, ac Fide ipſiſmet Protoparentibus noſtris infuſa, eſt agnoſcendus. Poſteri Eorum repetitis de Deo ejuſque cultu ſermonibus ab illis erudiebantur, nec aliter inſtitui, efformari, augerique poterat Sancta DEI Eccleſia, quæ a Primis Parentibus coepit. Theologiæ Author eſt Jpſe DEUS revelans, quæ ad Eius cultum & Noſtri Felicitatem expediunt; á DEO enim diſcendum eſt, ait *S. Hilarius*, quod de DEO intelligendum ſit, quia nonnisi ſe Auctore cognoſcitur. Jam

Teologia bowiem, iakoście iuż ſłyſzeli, ieſt nauka o Bogu. ieſt wedle Auguſtyna S: rozumna i rozſądna mowa o Bogu. Wzięła ona ſwóy początek na początku świata poſpołu z Kościołem S. i wiarą pierwſzym Rodzicom naſzym wlaną. Ich Potomkowie przez uſtne podanie o Bogu i czci Jego brali naukę, i nieinaczey ſię mógł był założyć i pomnożyć święty Kościoł Boży na pierwſzych Rodzicach zaczęty. Autorem Theologii ieſt ſam Bóg, który obiawia nam to wſzyſtko, cokolwiek do Jego czci i naſzego uſzczęśliwienia należy, od Boga albowiem, mówi S. Hilary, uczyć ſię mamy, co o nim trzymać należy, bo niemoże być poznawany, tylko przez niego ſamego. Bo cóż może nieśmiertelną duſzę ludzką prawdziwie

vero immortalem hominis animum quid efficiet veré beatum, niſi is DEUM cognoſcat, diligat, Eoque fruatur perenniter? Theologia igitur Chriſtiana, quæ nos DEUM verum veramque Religionem cognoſcere docet, ut præſtantiſſima ac omnium diſciplinarum utiliſſima eſt; ita præcipuum ac indiſpenſabile munus eſt Eccleſiæ Paſtorum, oratorumque Sacrorum, ſcientiam hanc ſacram vel rudem & imperitum Populum docere, præcepta fidei explicare, Myſteria Divina prædicare, ac univerſos ad æternam Felicitatem & agnitionem veritatis adducere. En idea veræ Theologiæ! quid Ea dignius, præſtantius & utilius?

dziwie uſzczęśliwić, ieśli nie poznanie Boga i wiekuiſte onego przez doſkonałą miłość oſiągnienie? Jako więc Chrześciańſka Teologia, która nas uczy prawdziwego Boga, i prawdziwą Religią uznawać, dla zacności i pożytków ſwoich wſzyſtkie przewyższa nauki; tak obowiązkiem ieſt Biſkupow, Plebanow i Kaznodzieiow, Lud proſty wedle tey S. nauki przez opowiadanie prawideł i Taiemnic wiary do oſiągnienia ſzczęśliwości wieczney dopomagać, oto wyobrażenie prawdziwey Teologii! Cóż nad nię zacnieyſzego? co pożyteczniey ſzego?

Cæteræ omnes diſciplinæ & artes utiles quidem ſunt & honeſtæ, ad privatam famam conducunt, celebritatem nominis pariunt, dulci animum voluptate perfundunt; at nihil conferunt ad id, quod maxime hominis intereſt, ut DEUM ſuum cognoſcat, adoret, diligat, omneſque actiones ſuas ad eum finem referat, propter quem omnipotenti manu eductus eſt é nihilo. *Neque enim quiſquam melior aut felicior eſt, quod præter DEum alia noverit aut ignoret,* præclaré ajebat Auguſtinus. Hinc licet communiter SS. Eccleſiæ Patres omnes ſcientias utiles, S. Theologiæ apellent ancillas veritatis, si in DEUM

Wſzyſtkie inne umieiętności pożyteczne wprawdzie ſą i uczciwe, czynią prywatnym oſobom zaſzczyt, uwielbiaią ich imie, i ſłodko umyſł ludzki zabawiaią; ale nic nie ſłużą człowiekowi, do tego, na czym mu naywięcey zależy, aby Pana Boga ſwego znał, czcił, kochał i wſzyſtkie ſprawy ſwoie do tego końca obracał, na który wſzechmocną ręką iego wyprowadzony ieſt z niczego. Nie przeto albowiem kto lepſzym ieſt albo ſzczęśliwſzym, że oprócz Boga co umie, ani przeto gorſzym lub nieſzczęśliwſzym, że nic prócz Boga więcey nie umie, *pięknie mawiał Auguſtyn. Ztąd idzie to, że lubo powſzechnie Oycowie SS. wſzyſtkie nauki pożyteczne do Teologii*

tanquam ultimum ſui finem ferantur, neque a cognitione Theoreticæ & moralis Theologiæ ſint ſeiunctæ; tamen si ſuperbo animo ac irreligioſa mente vanis unice dediti artibus, ſtudia vana, ſtudia inutilia & glorioſos ambitionis fomites, ut loquuntur Patres, pro ſcopo unico cum contemptu Religionis Sacræ, id eſt veræ Theologiæ aſſumpſerimus: Væ Nobis! cum de Nobis illud Apoſtoli dici poterit: *Scientia inflat: Semper diſcentes & nunquam ad veritatis cognitionem pervenientes.*

nazywaią ſłużebnicami prawdy; iesli one do Boga iako do oſtatniego ſwego celu zmierzaią, ani od znaiomości Teorytzney i Moralney Teologii odłączone nie są; z tym wſzyſtkim gdybyśmy hardym umyſłem, i niewierną myślą w nauki ſwieckie zapuſzczali ſię, á ſamę tylko próżną chwałę, do którey one wedle zdania tychże Oycow, podżogą bywaią, za cel oſtatni z pogardą Religii czyli świętey Teologii zakładali, biada nam! bo mówićby ſię o nas mogły owe ſłowa Apoſtoła: iż Nauka wynioſłemi czyni z naganą, i żeśmy są zawſze ſię uczący, á nigdy do poznania prawdy nie przychodzący.

Pulchrum ſané eſt ſecreta naturæ rimari, inventa æqué curioſa ac uſibus perutilia ſuæ Genti præſtare: pulchrum eſt Planetis ac Cometis determinare vias, eorumque motus, periodos ac revolutiones fixe ac infallibiliter prædicere: at mores optimos Teologiâ Duce efformare in Nationibus, vitam tranquillam ac felicem ope virtutum in Civibus per præcepta Moralia efficere, quid utilius? quid præſtantius? quid dignius? Hi autem debent eſſe veræ Theologiæ, id eſt ſacræ Religionis Fructus. Quis igitur, niſi inſipiens, eam parvi pendet aut calumnieri audebit?

Piękna w prawdzie to rzecz badać ſię taiemnic przyrodzenia; nowe, ciekawe á pożyteczne dla ſwego Narodu otwierać wynalazki; piękna rzecz drogi Planetom i Kometom naznaczać, i mieyſca i obróty dokładnie i niezawodnie przepowiadać; ale formować w Narodach za pomocą S. Teologii dobre obyczaie, ale życie ſpokoyne i ſzczęśliwe dla cnot kwitnących między Obywatelami przez moralne przepiſy gruntować i umacniać, dalsko pożyteczniey ſza zacniey ſza i chwalebniey ſza. Owoż takie bydź powinne prawdziwey Teologii, czyli Religii świętey owoce. Któż ſię więc odważy pogardzać tą nauką, albo onę czernić i potwarzać?

Chriſtus Dominus Primus in lege Gratiæ fuit S: Theologiæ Doctor & Profeſſor, ait *S. Maximus Martyr:*

Chryſtus Pan pierwſzym był w prawie łaſki S. Teologii Doktorem i Nauczycie-

Qui cum Orationem Dominicam instituit, in ea inquit, *Theologiam docuit,* Immo toties censendum est Christum docuisse Theologiam, quoties de rebus Divinis apud Apostolos cæterosque Judæos differuit; tum maxime, cum se DEUM verumque DEI Filium & sermonibus & miraculis comprobavit. Magistrum imitati sunt Apostoli & Evangelistæ vocibus interdum scripta cælitus afflati adjicientes, ut eis Universam quoque futuram Ecclesiam instituerent. Tandem Sancti Patres succedentibus ævis eandem a Christo & Apostolis traditam Theologiam qua scriptis, qua voce asserere & confirmare pergebant.

czycielem, mówi S. Maximus Męczennik, który gdy modlitwę Pańską układał, przez nią, prawi, Teologii nauczał. *Owszem tak trzymać należy, że tylekroć Chrystus Teologii uczył, ilekroć do Apostołow i innych żydow kazania swoie o rzeczach Boskich miewał, á osobliwie w ten czas, kiedy Bostwa swego iuż nauką iuż cudami dowodził i potwierdzał. Za Nauczycielem swoim poszli Apostołowie i Ewanjelistowie do nauki swoiey pisma niekiedy z natchnienia Boskiego przydaiąc, aby Kościoł S. który po nich miał nastąpić, brał z nich w każdym czasie dla siebie oświecenie. Nakoniec SS. Oycowie w następuiących wiekach tęż samę Teologią od Chrystusa i Apostołow podaną w pismach i mowach utrzymywali i umacniali.*

Sed vultisne, AA: omnes Theologiæ dotes, beneficia ac doctrinam uno quasi intuitu dignoscere? audite Augustinum Theologiam, Religionem et Ecclesiam sic alloquentem: „ Tu svaviter Pueros, for- „ titer Juvenes, quieté Senes, pro- „ ut cuiusque non corporis tantum „ sed & animi ætas est, exerces ac „ doces. Tu Fæminas viris suis „ non ad explendam libidinem, sed „ ad propagandam Prolem & ad rei „ familiaris societatem casta & fideli „ obedientia subiicis. Tu viros „ Coniugibus non ad illudendum „ imbecilliorem sexum, sed sinceri „ amoris legibus præficis. Tu Pa-

Jeżeli zaś chcecie, SS. wszystkie Teologii przymioty, pożytki, i całą iey naukę iednym niby oka rzuceniem obaczyć; posłuchaycie Augustyna, *do Teologii, Kościoła i Religii tak mówiącego: „ Ty „ słodko dzieci, dzielnie młodzieńcow „ spokoynie starcow wedle tego, iak „ który albo ciała, albo umysłu wiek „ znieść może, oświecasz i nauczasz. „ Ty żony mężom swoim nie dla nasycenia lubieżności, ale dla rozkrzewienia „ Potomstwa, i dla towarzystwa w gospodarstwie domowym czystym i wiernym posłuszeństwem zniewalasz. Ty „ mężow nad żonami nie dla przewodzenia nad ich słabością, ale podług miłości*

„ rentibus Filios libera quadam
„ ſervitute ſubiungis, Parentes filiis
„ pia dominatione præponis. Tu
„ Fratribus fratres religionis vincu-
„ lo firmiore atque arctiore, quam
„ ſanguinis nectis. Tu omnem
„ generis propinquitatem & affini-
„ tatis neceſſitudinem, ſervatis na-
„ turæ voluntatiſque nexibus mu-
„ tua caritate conſtringis. Tu
„ ſervos Dominis non tam condi
„ tionis neceſſitate, quam officii
„ delectatione doces adhærere. Tu
„ Dominos ſervis ſummi DEI com-
„ munis Domini conſideratione
„ placabiles & ad conſulendum,
„ quam coercendum propenſiores
„ facis. Tu Cives Civibus, Gen-
„ tes Gentibus & prorſus Homi-
„ nes primorum Parentum recor-
„ datione non ſocietate tantum,
„ ſed quadam etiam fraternitate
„ conjungis. Doces Reges proſpi-
„ cere Populis, mones Populos ſe
„ ſubdere Regibus. Quibus honor
„ debeatur, quibus affectus, qui-
„ bus reverentia, quibus timor,
„ quibus conſolatio, quibus admo-
„ nitio, quibus cohortatio, quibus
„ diſciplina, quibus obiurgatio, qui-
„ bus ſupplicium ſedulo doces oſ-
„ tendens, quemadmodum & non
„ omnibus omnia, & omnibus cha-
„ ritas, & nulli debetur iniuria. „
En effectus veræ Theologiæ eo
præſtantiores præceptis Philoſophiæ
naturalis; quod & conſcientiam

„ miłości prawdziwey ſtanowiſz. Ty
„ dzieci Rodzicom nie niewolniczym
„ podległaniem poddaieſz, á Rodzicow
„ do pobożnego nad dziećmi zwierz-
„ chnictwa wynoſiſz. Ty Braci z Bra-
„ cią węzłem Religii daleko ściśley i
„ mocniey niżeli krwi związkiem łą-
„ czyſz. Ty wſzyſtkie pokrewieńſtwa i
„ powinowactwa, zachowuiąc prawa
„ natury i wolności wzaiemną miłością
„ wiążeſz. Ty nauczaſz, aby ſłudzy
„ Panom nie tak z potrzeby ſtanu ſwo-
„ iego, iako raczey z upodobania i chę-
„ ci wypełnienia ſwych powinności ſłu-
„ żyli. Ty i Panow, daiąc im do my-
„ ślenia, że Bóg naywyżſzy powſze-
„ chnym ieſt wſzyſtkich Panem, łaſka-
„ wemi ku ſługom, i barziey do dania
„ im pomocy niżeli do ukarania ſkłon-
„ nemi czyniſz. Ty Obywatelow Oby-
„ watelom, Narody Narodom i wſzy-
„ ſtkich zgoła ludzi, przywodząc im
„ na pamięć, że od iednego Przodka
„ pochodzą wſzyſcy, nie ſamym tylko
„ na ziemi Towarzyſtwem, ale też ieſz-
„ cze nieiakim braterſtwem iednoczyſz.
„ Uczyſz Królow, aby mieli ſtaranie
„ o dobro ſwoich Poddanych, upomi-
„ naſz Poddanych, aby Królom ſwoim
„ poſłuſznemi byli. Komu należy cześć,
„ komu przyiaźń, komu poſzanowanie,
„ komu boiaźń, kamu pocieſzenie, ko-
„ mu upomnienie, komu nauka, komu
„ ſtrofowanie, komu ukaranie, o wſzy-
„ ſtkim pilnie nauczaſz ukazuiąc, że lu-
„ bo nie wſzyſtkim wſzyſtko, przecież

wſzyſt-

coram DEO afficiant, & ad vitam æternam Fide appromiſſam feliciter præparent.

„ wſzyſtkim należy ſię miłość, á nikomu „ pokrzywdzenie. „ o to ſkutki prawdziwey Teologii tym znakomitſze nad moralność naturalney Filozofi, iż i ſumnienie przed Bogiem obowiązuią, i do żywota, który z wiary obiecany mamy, ſzczęśliwie ſpoſobią.

Quid, si per temporis brevitatem liceret ſacratiora Theologiæ hic adire penetralia? quam ſuavi dulcedine Sapientûm corda replerentur, cum viderent quemadmodum hæc ſcientia rationem illuminando adiuvet, ut mores ſanctificando corrigat, ut voluntatem admonendo alliciat, ut totum hominem ſecundûm DEUM & Ejus beatitudinem efformet atque perficiat?

Cóż gdyby mi tu krótkość czaſu w ſkrytſze Teologii zachodzić tayniki nieprzeſkadzała? iakieyby ſłodyczy ſerca mądrych niedoznawały? widząc, iako Teologia nie tłumi bynaymniey rozumu, ale go nowym oświeceniem wſpomaga; iako nie pſuie obyczaiow, ale ie naprawuie i poświęca; iako nieodſtręcza woli od dobrego, ale ią dzielnym upominaniem powabia; iako całego Człowieka wedle Boga i zbawienia uklada i doſkonali?

Jn hac Doctrina Judicem Controverſiarum circa fidem & mores in Univerſalis Eccleſiæ autoritate infallibili, communi OO: SS: PP: Suffragio gaudent ſe inveniſſe Fideles. Hic Primatus Petri in Eccleſia invincibiliter aſſeritur, &, ut Cyprianus ait, *Loquens Dominus ad Petrum Unitatis originem ab uno incipientem ſua Authoritate diſpoſuit,* atque *Unum ex Duodecim,* inquit Hieronimus, *elegit, ut conſtituto Capite ſchyſmatis tollatur occaſio.* Hic Paterna Summorum Pontificum poteſtas ſvavi cordium & conſcientiarum Regimine pacem Regnis, tranquillitatem Nationibus, doctri-

W Tey Nauce z wielką pociechą wiernych daie ſię poznać, iako wſzyſtkie ſpory około wiary i obyczaiow powaga powſzechnego Kościoła i iednoſtayna OO. SS. zgoda uſpokaia i zupełnie umarza. Tu przodkowanie Piotra S. w Kościele dowodnie pokazuie ſię. Pan mówiący do Piotra, *powiada S. Cypryan,* początek iedności od iednego pochodzący ſwoią powagą zgotował, i iednego ze dwunaſtu, *dodaie S. Hieronym,* wybrał, aby za poſtanowieniem Głowy, przyczyna odſzczepieńſtwa uprzątnioną zoſtała. *Tu Oycowſka Rzymſkich Biſkupow władza ſłodkim ſerc i ſumnienia rządem, pokoy Króleſtwom,*

næ Christi integritatem, Benedictionem universis, constanter spondet ac impertitur, Atque circa hoc punctum non interrupta Traditionum serie ab ipsismet Apostolorum temporibus usque ad nostra sæcula hæc erat constans Doctrina. Hæc Theologia erat Athanasii, Hilarii, Optati Milevitani, Chrysostomi, Basilii, Ambrosii ac totius Ecclesiæ. *Numerate Sacerdotes vel ab ipsa Sede Petri,* dicit Augustinus, *quis cui successit, videte, ad hanc enim Ecclesiam,* addit Irenæus, *propter potiorem principalitatem necesse est omnem convenire Ecclesiam* Hæc Cathedra Petri centrum Unitatis ac Communionis fidelium, dum una omnium: sit & Magistra & Mater; non dominatur Regibus Gentium, sed propter Eos eorumque subditos Fidei salutiferæ custodit Depositum. *In hac enim Romana Ecclesia,* docente Augustino, *semper viguit Apostolicæ Cathedræ Principatus.*

bespieczeństwo Narodom, dochowanie nauki Chrystusowey Kościołom, Błogosławieństwo wszystkim zaręcza i upewnia, około którego punktu począwszy od Apostołow aż do naszych czasow nie przerwanie taka Oycow SS. była nauka. Taka była Teologia Atanazego, Hilariusza, Optata Milewitana, Chryzostoma, Bazylego, Ambrożego, i całego Kościoła. Policzcie naywyższych Kapłanow począwszy od Piotra S. aż dotąd, *mówi S. Augustyn,* i patrzcie kto po kim nastąpił. Do tego albowiem Kościoła, *przydaie swą myśl Ireneusz,* dla osobliwszych onego prerogatyw potrzeba się udawać i garnąć wszystkim Kościołom. *Ta Stolica Piotrowa źrzodek iedności i społeczności wiernych, gdy iedna iest między wszystkiemi mistrzynią i Matką; nie rozciąga panowania nad Królmi Narodow; ale wiary zbawienney składu dla nich samych i dla ich Poddanych wiernie dochowuie.* Albowiem w tym Rzymskim Kościele *mówi S. Augustyn:* zawsze trwało Apostolskiey Stolicy pierwszeństwo.

Frustra Theologiæ sanæ obiicerentur quæstiones circa Potestatem Ecclesiæ in jura Regum. Non hæc sunt Theologica, quæ injuria temporum in Eam irrepsisse á Prudentibus viris creduntur communiter. Theologia autem sana semper meminisse gloriatur effati Auctoris

Próżnoby zarzucano Teologii zdrowey owe kwestye względem władzy Kościoła nad Tronem; materya albowiem ta wcale do Teologii nienależąca przez nie ostróżność wiekow do Teologii weszła, iako się powszechnie na to wszyscy zgadzaią Uczeni. Sama zaś Teologia prawdziwa zawsze pamiętała

Fidei noſtræ, qui dixit; *Regnum meum non eſt de hoc mundo.*

Nefanda plurima, quæ ſæculo X, XI. XII. & ultra in uſum peſſimé venerant, nunquam Authoritate legitima Eccleſiæ probata fuerunt. Caſuiſtarum Fabulæ, Probabiliſtarum inventa, Moraliſtarum Scholæ ſomnia, cuncta hæc á ſana Theologia ſunt jam pridem exulare coacta. Si zelum ac intolerantiam errorum contra fidem quis Theologiæ objiciat, Hæc cum veritatem doceat, errori favere nullatenus poteſt; at exemplo JESU Chriſti ipſoſmet perſecutores fidei, ut convertantur, Patri miſericordiarum DEO commendat, erroneos in Fide Fratres in vita civili non abhorret, nec Eorum opinionibus vim infert, modo illi ea, quæ ſacra creduntur, publice blaſphemare non præſumant.

Horrendæ quæſtiones de Tyrannicidio utrum ſit licitum, an illicitum, adeo ab univerſa Eccleſia in Conſtancienſi ſynodo ſunt maledictis & anathemate exceptæ in erroribus Wikleſi & Joannis Petit Doctoris; ut hoc ſolemne votum ſit ad præſens commune omnibus, utinam de hac quæſtione ſemper cogitent Reges; nunquam autem hac de re audiant Nationes. Quod autem omnis poteſtas á DEO ſit,

ła na ten wyrok Chryſtuſow: Krolеſtwo moie nie ieſt z tego świata.

Bezprawia różne, które w wieku X. XI. XII. i późniey niegodziwie ſtały ſię, nigdy powagą powſzechnego Kościoła pochwalone niebyły. Kazuiſtow *baśnie*, Probabiliſtow *wynalazki*, Moraliſtow *wymyſły zdrowa Teologia dawno iuż na wygnanie ſkazała. Zbyt gorącą żarliwość i nieznoſzenie błędow przeciwnych wierze ieśli kto zarzuca Teologii: Ta S. Nauka, gdy ſamey tylko naucza prawdy, żadnym ſpoſobem błędom ſprzyiać nie może; ztym wſzyſtkim idąc za przykładem Chryſtuſa, gdy ſamych prześladowcow wiary Boſkiemu miłoſierdziu, aby ſię nawrócili, zaleca; błądzących w wierze Braci w życiu Cywilnym nie unika, ani ich przekonaniu gwałtu nie czyni, byleby ſię tylko oni, Wiary Swiętey, którą wyznawamy, publicznie bluźnić nie ważyli.*

Straſzne owe kweſtye względem Tyranobóyſtwa, ieśli ieſt godziwe albo niegodziwe; od powſzechnego Kościoła na Koncylium Konſtancyeńkim między błędami Wiklefa *i* Jana Petit *Doktora ſą wyklęte i potępione tak dalece: że powſzechnie wſzyſtkich to nayuroczyſtſze ieſt życzenie:* Dałby to Bóg, aby o tey materyi zawſze w prawdzie myślili całego świata Królowie; ale żeby nigdy o niey nie. ſłyſzały Narody. Ze zaś wſzelka

hoc Theologiæ ſimplex, ac irrefragabile eſt æviternè ſancitum.

Si quæramus juxta Theologiam, quid ſit DEUS? Reſpondet Auguſtinus: Univerſa præcellit. Si quæras magnitudinem? major eſt. Si Pulchritudinem? Pulchrior Si dulcedinem? Dulcior. Si ſplendorem? Fulgidior. Si juſtitiam? Juſtior. Si Fortitudinem? Fortior. Si pietatem? Clementior. Nulla enim ratio patitur, ut vel factura Factori ſuo æquetur, vel opus Artifici comparetur, ſicut legimus in Propheta: Qui fecit fortia fortior eſt, & qui facit pulchra, pulchrior eſt illis. DEUS eſt, inquit S. Ambroſius, qui cum dicitur, non poteſt dici, cum æſtimatur, non poteſt æſtimari, cum definitur, ipſa definitione creſcit. Quem totum omnia neſciunt, & metuendo ſciunt. „

władza od Boga ieſt; *to za prawdziwy, ſzczery, i nieodmienny wyrok Boſki zawſze miała i mieć będzie Teologia.*

Jeżeli daley zapytać chcemy według Teologii: Co to ieſt Bóg? odpowie nam Auguſtyn S. *że on całą natury powſzechność nieſkończenie przewyższa: Czy, prawi, ſzukaſz wielkości? większym ieſt. Czy piękności? piękniejſzym. Czy ſłodkości? ſłodſzym. Czy ſwiatłości? iaśniejſzym. Czy ſprawiedliwości? ſprawiedliwſzym. Czy potęgi? mocniejſzym. Czy litości? łaſkawſzym. Zadno bowiem przyczyna niedopuſzcza, żeby albo ſtworzenie Stwórcy ſię ſwemu równało; albo żeby lepianka z Tym, który onę ukſztałcił, w porównanie iść miała, iako czytamy w Proroku: Który poczynił mocy Niebieſkie ſam nie równie mocniejſzy ieſt: Który ukſztałcił piękności, ſam nieſkończenie piękniejſzy! Bóg ieſt, mówi* S. *Ambroży, o którym, gdy mówiemy, nie można wſzyſtkiego wymówić, którego poważaiąc nie można doſtatecznie upoważnić, którego wyobrażaiąc, wſzelkie wyobrażenie przechodzącego widzimy, którego zupełnie nikt nie zna, a boiąc ſię poznawać muſi koniecznie.*

Si de Incarnatione Filii DEI quæramus aliqua, reſpondet S. Leo Papa: Quia illic nec Inferiorem conſumit glorificatio, nec Superiorem minuit aſſumptio; tota illic in Majeſtate humilitas, tota in humilitate Majeſtas. Nec infert unitas

Jeśli ſię ieſzcze zapytamy o Wcieleniu Syna Bożego, odpowiada nam S. Leo Papież: *że w tey taiemnicy ani mniejſzości natury Ludzkiey nie znoſi uwielbienie, ani większości Boſtwa nie poniża wcielenie. Tu naywiększa pokora w Maieſtacie, tu naywyższy Maieſtat w poko-*

confuſionem, nec dirimit proprietas unitatem, & veritas affectionum ſub moderamine Deitatis et mentis nec tentabatur illecebris, nec cedebat iniuriis. Niſi Chriſtus DEUS eſſet, non afferret remedium, niſi Homo eſſet, non præberet exemplum. „ Quid ſublimius unquam in omnibus Sciolorum huius ſæculi ſcriptis inveniri poterit? Quæ majeſtas expreſſionum! quæ humilitas Fidei! quæ explicationis claritas!

Quid si tandem arcana grātiæ DEI ſcrutari voluerimus? En Auguſtinus incomparabilis repetit admirationem Apoſtoli: *o Altitudo!* Cur illum adiuvet, illum non adiuvet, Jllum tantum, illum non tantum, penes Jpſum eſt & æquitatis tam ſecretæ ratio, & excellentia poteſtatis. Petrus negat, Latro credit, o *Altitudo Divitiarum!* Hoc nos putas perſcrutari poſſe, quod Apoſtolus expavit? quæris tu rationem, Ego expavesco altitudinem. Tu ratiocinare, ego mirer, tu disputa, Ego credam, altitudinem video, ad profundum non pervenio, o *Altitudo!* Nemo á me quærat occultorum rationem. „ Quid honorificentius ipſo Auguſtino tali modo Theologiam explicante? Quid dignius Theologia tam ſanctè ac ſublimiter de Divinis differente?

pokorze. Jedność oſoby nie ſprawuie dwóch natur pomieſzania, i różność natur iedności oſoby nie rozdziela. Prawdziwych ſłabości natury ludzkiey pod rządem Boſtwa i rozumu nie uwodziły powaby, nieuſtraſzały boleści. Gdyby Chryſtus nie był Bogiem, nie ziednałby odkupienia; Gdyby nie był Człowiekiem, nie zoſtawiłby przykładu. „ Co podobnego w piſmach teraznieyſzego świata mędrkow znaleźć ſię kiedy może? Co za wſpaniałość wyrazow! co za pokora wiary! Co za iaſność w wykładaniu Taiemnic!

Jeśli naoſtatek w ſkryty ſzafunek łaſk Boſkich weyrzeć zechcemy, alić tu nieporównany Auguſtyn zadziwienie Apoſtolſkie powtarza: o Głębokości! *Czemu tego wſpomaga, tego nie wſpomaga, iednemu tak bardzo, drugiemu nie tak pomaga? przy nim ſamym ieſt i taiemney ſłuſzności przyczyna, i nayważſza udzielność władzy. Piotr ſię zapiera; Łotr ſię na wiarę zdobywa:* o Głębokości! *Czyliż możemy o tym ſię badać, co Apoſtoła ſamego nayokropnieyſzą przerażało boiaźnią? Ty ſię mię pytaſz przyczyny: á ia ſię obawiam przepaści; Ty bierzeſz na rozum, á ia ſię zdumiewam, Ty chceſz dyſputować, á ia wierzyć będę: przepaść widzę przed ſobą, do gruntu iey nie doſięgam.* o Głębokości! *Niech ſię mię żaden nie pyta o przyczynę rzeczy przed wiadomością ludzką zakrytych. „ Co ſzanowneyſzego nad Auguſtyna takim ſpoſobem*

Ejusmodi proinde Theologia á SS. Conciliis laudata ac celebrata, á Summis Pontificibus maximis encomiis exornata, per Academias orbis universi inter omnes scientias prima, sacra & primatum tenens, nequit unquam judicari noxia esse, aut non summé utilis.

Non igitur vitia Personarum de Theologia quandoque inepté differentium intueamur, sed ipsammet scientiam, qualis quantaque in se est, reverenter inspiciamus ac amplectamur. Inquiramus ejus Dogmata ex Evangelio Christi, ex Apostolorum scriptis, ex Doctrina Primævæ Ecclesiæ; non ex commentis Philosophorum, non ex subtilitatibus recentiorum Doctorum, non ex disputationibus Theologorum. Videamus Theologiam in *Basilio, Athanasio, Augustino, Gregorio, Ambrosio, Chrysostomo;* non autem in Sæculorum ignorantiæ Doctoribus. Imitemur tractandæ Theologiæ modum in *Petavio, Bossueto, Calmeto, Alexandro Natali*: non in *Vasquesio, Bannesio, Occamo, Ariaga, Sanchezio,* aliisque, qui iniuria sæculi, quo vixerant, scripta sua infecerant, longe præstantiora edituri fortassis, si nostri sæculi vixissent temporibus.

Teologią wykładaiącego? co zacnieyszego nad Teologią, która tak pobożnie i tak wysoce o Boskich taiemnicach rozprawia?

Taka Teologia od SS. Koncyliow pochwalona, od naywyższych Kościoła Pasterzow zalecona, od nayslawnieyszych w całym świecie Akademii między wszystkiemi naukami trzymaiąca pierwszeństwo, nie może bydź nigdy za szkodliwą, albo za nie nader pożyteczną uznawana.

Niepatrzmy na wady osob nagannie czasem o Teologii rozprawiaiących; ale w samę tey nauki istotę, iaka iest w swoiey obszerności, z uszanowaniem wglądaymy, i onę przyimuymy. Zasięgaymy onsy wyrokow z Ewanjelii Chrystusowey, z listow, i Dzieiow Apostolskich, z nauki pierwiastkowego Kościoła; á nie z pism Filozoffskich, nie z subtelności pożnieyszych Nauczycielow, nie z dysput Teologicznych. Szukaymy Teologii w Bazylim, Atanazym, Augustynie, Grzegorzu, Ambrożym, Chryzostomie; *á nie w Doktorach nieoświeconych wiekow. Godny naśladowania sposob tradowania onsy pochwalaymy w* Petawiuszu, Bossuecie, Kalmecie, Alexandrze Natalisie, *á nie w* Waskwesie, Bannesie, Aryadze, Okkamie, Sanchesie *i innych podobnych, którzy winą wiekow, w których pisali, zarazili swoie pisma, mogąc nie równie doskonalsze napisać, gdyby żyli za naszych czasow.*

Do tey

Accedite ergo ad hanc ſcientiam! ad talia, tamque præclara ſtudia Theologiæ ſummo animi ardore, ac Religionis ſenſu vos comparate, Dilectiſſimi Candidati Theologiæ. Non labor vos (ut verbis Magni Theologi *Tournelii* utar in Ejus Præfatione poſitis) deterreat, non voluptates avocent, quominus in ſacratiſſima hujus tam Auguſtæ Diſciplinæ adita penetretis. Invitat vos argumenti dignitas & amplitudo. DE DEO hic agitur & Religione, quæ ſola Supremo numini legitimum Cultum, Regibus debitam Obedientiam, Reipublicæ tranquillitatem, conſcientiæ pacem, animæ ſolatium, menti felicitatem ſupremam adferre poteſt. „ Procul hinc quæſtiones vanæ & inutiles, procul ſubtilitates inanes ac futiles, procul Cavillationes & Sophiſmata, procul vana rixandi ac diſputandi libido. Dogmata Fidei ex ſacra ſcriptura & traditione perpetua deducta, hæc noſtri juris erunt, Doctrina Patrum ac ſacrorum Conciliorum quoad Dogmata & doctrinam Moralem, laborem & conatum Noſtrum exercebit.

Do tey więc Nauki zabierzcie ſię, do tych tak zacnych umieiętności z iak naywiększą ochotą, z iak naygoretszą Ducha pobożnością przyſtąpcie: Niech was (że tu ſłow użyię wielkiego Teologa Turnellego) nie odſtręczaią prace, niech nie odwodzą rozrywki, abyście nie mieli wchodzić do przybytkow nauki tak znakomitey. Zapraſza was do ſiebie ſama naywaznieyſzych materyi zacność i potrzeba. O Bogu albowiem tu ieſt nauka i o Religii, która tylko ſama naywyższemu Maieſtatowi ſego przyzwoitey czci oświadczenie, Królom należyte od poddanych poſłuſzeńſtwo, Rzeczompoſpolitym zgodę, ſumnieniu pokoy, ſercu pociechę, duſzom weſele i uſzczęśliwienie wieczne ziednać może. „ Precz ztąd niepotrzebne i próżne pytania; precz wykrętne i oſzukuiące zarzuty; precz naganna do ſprzeczek i dyſput ſkłonność. Artykuły Wiary na piſmie S. i na nieprzerwanym wiekow podaniu ugruntowane, te do nas należeć będą. Nauka Oycow SS. i Koncyliow co do wiary i obyczaiow, ta będzie uſilnych prac naſzych celem.

Doctrina Fidei Chriſti non ſpoliat animos Juvenum naturali rationis lumine, imo Eoſdem aptiores ad alia ſtudia efformat; quod adeo verum eſt, ut qui celeberrimi plerique fuerant rerum utilium arti-

Nie zaciemnia umyſłow nauka wiary, owſzem mocnieyſzemi ie czyni do innych nauk poięcia; a cokolwiek użytecznego we wſzyſtkich naukach wynaleźli ludzie, byli to zwyczaynie naygruntowniey w naukach Boſkich oświe-

umque Jnventores; fidem etiam in Divinis peritiſſimi atque exercitatiſſimi fuêre. Jlli vero perfrictæ frontis Homines quid tandem novi, quod uſibus humanis tam vehementer prodeſſet, detexerunt? qui omnem animi cultum, omnem perficiendi ingenii rationem in libertate de Religione ſentiendi, quæ velis, conſtituunt, fidei autem Dogmata ac ſi eſſent præiudicii alicuius partus, aut infirmitatis humanæ commenta, impie reliciunt?

Nefanda hæc temporum noſtrorum labes, virtutis peſtis, corruptela morum, eo latius indies graſſatur, quó plures ſunt, qui ſibi perſvaſum habeant, conducere vel maxime ad excolenda ingenia fidei Divinæ contemptum. Non eſt in eo collocanda ſtudiorum reſtauratio & augmentum, & hinc proveniens Gentis noſtræ felicitas, ut novitates Religionem Chriſtianam labefactantes præ fidei Doctrina potiores habeamus, aut Jncredulitati ſub prætextu exercendi ingenii favere videamur: inania iſta ludibria, promittunt ad interim ſpecioſa quædam commoda; at væ! Gentibus illis, in quibus ſublatâ Doctrinâ Chriſti prætenſa legum Naturalium libertas, in ipſiſmet Religionis ruinis perniciosiſſimas aliquando excitabit ſeditiones & turbas!

Gens Antiqua Polona primatum

ceni. Cóż bowiem nowego na użytek świata wynaleziomym ſię teraz tak dalece może pokazać od owych to mocnych Duchow, którzy za zrzódło oświecenia kładą uwolnienie ſię od wſzelkiey Religii, a Religią w liczbę przeſądow ſłabości Ludzkiey bezbożnie kłaść odważaią ſię?

Hańba wieku á zguba cnoty i obyczaiow tym ſzerzey widzieć ſię daie, im większa pogarda nauki Boſkiey pozornym oświecenia zrzódłem fałſzywie nazywana bywa. Nie na tém zaſadzaymy chwałę poprawy nauk, ani uſzczęśliwienia Kraiu, żebyśmy nowości Religią naſzę oſłabiaiące nad naukę wiary przenoſząc, pochlebiali niedowiarſtwu pod pozorem rozſzerzenia światła rozumu! omamić na moment błyſkotki te mogą, ale oſłabiwſzy moral *nayzbawienniey ſzey w Narodach Chryſtuſowey nauki, burzliwość umyſłow i bunty przeciw wſzelkim prawom, mniemana Praw Natury wolność na obalinach Religii łatwo przynieſie.*

Starożytni Polacy pierwſzość nau-

kom

Fidei Chriſtianæ præ cæteris ſcientiis ſemper tribuens, celeberrimos in omnibus fere ſcientiis & artibus protulit viros, Jpſa vero ſibimet magnam Nominis Celebritatem, pietate, fortitudine ac rerum geſtarum gloria peperit. Omnia illa ampliſſima æquè ac ſanctiſſima Nomina: *DEI. Evangelii. Chriſti. Eccleſiæ. Fidei Virtutis. Jntegritatis. Jurium Regis. & Patriæ.* totidem erant Teſſeræ Antiquis Polonis quorum Fortuna erat proſpera: His enim auxiliis efficiebantur & Fideles Mariti, & Devoti Chriſtiani, & Probi Cives, & Fortitudine, libertate, ac generis nobilitate Clariſſimi Poloni. Doctrina Chriſtiana Eorum ingeniis ad ſtudia bonarum artium, non poſuit obicem, cum ex Gente Polona *Kopernicus* Aſtronomus, *Solſcius* Geometra, *Siemionovicius* Architecturæ Militaris peritus, *Syrenius*, Botanicus, *Lubomirſcius, Potoccius, Korycinſcius, Fredro*, Politici. *Petricius, Modrzevius, Olizarovius* & mille alii eruditi Philologi, Statiſtici, & Juris-conſulti. *Cromerus, Długoſsius, Stryikovius, Sulikovius*, Hiſtorici. *Skarga, Sokołowſki, Birkowſki*, Oratores Sacri; *Struś; Mikołaiewſki, Radlicki*, celeberrimi per Europam Medici & alii Docti innumeri ortum ſuum duxerunt, ex hac gente, in Qua ea viguit educatio, cuius maximam partem Re-

kom wiary zawſze daiący, ſławnych mężow we wſzyſtkich naukach świata dawali; á męſtwo ich, bitność i odwaga nayſławnieyſzym czyniła Jch w Europie Narodem. Jmiona Boga, Chryſtuſa, Kościoła, Wiary, Cnoty, Poczciwości, Prawa, Króla, i Miłości Oyczyzny: *Haſła to były Polakow ſzczęśliwych, które Jch czyniły, dobremi oycami, wiernemi małżonkami, cnotliwemi Obywatelami, mężnemi, bitnemi, ſwobodnemi i ſławnemi aż do zazdrości poſtronnych, Polakami. Nauka wiary nie zaciemiała Jch rozumow, aby innych nauk poymować nie mogli. Gdy* Kopernik *Aſtronom*, Solſki *Geometra*, Siemionowicz *Jnżynier*, Syreniuſz *Botaniſta*, Lubomirſki, Potocki, Koryciński, Fredro, *Politycy*; Petrycy, Modrzewſki, Olizarowſki, *i tyſiąc innych* Statyści, *uczeni i Prawnicy*. Kromer, Długoſz, Stryikowſki, Solikowſki, *Hiſtoricy*, Skarga, Sokołowſki, Birkowſki, *Mówce Kościelni*: Struś, Mikołaiewſki i Redlicki *nayſławnieyſi w Europie Medycy, i tyſiąc innych z pomiędzy tego Narodu ku podziwieniu innym Narodom wyſzli, z tey edukacyi, gdzie nauka wiary i Religii Chryſtuſowey pierwſze zawſze mieyſce trzymała. Pozorne Jmiona teraz*: Prawa Natury, Ludzkości, Wolności myślenia, Ludności, Tolerancyi powſzechney *i tym podobne, ieśli ſię biorą, ze wzgardą obiawienia Boſkiego, i*

ligionis Christianæ Doctrina sibi vindicabat. Nunc autem in hac corruptela morum; magnifica illa ac speciosa nomina: *Libertas naturalis. Lex naturæ. Populatio. Tolerantia universalis. Libertas Conscientiarum*, cæteraque ejusmodi, si contempta revelatione divina, ac semoto Christianæ pietatis sensu (prout hodie quibusdam moris est) sumuntur: Quo pacto apta erunt reparare ea nationum Regnorumque scandala quæ oculis nostris obversantur? Qua ratione hinc compensabitur ille contemptus *Evangelii*, hæc tepiditas fidei, ruina pietatis, abiectio omnis disciplinæ, blasphæmia in Cælum Cæliteſque, vilipensio Ecclesiæ, Rebellio contra potestatem legitimam? Quonam modo redibit ille qui nunc exulat, morum decor, legum observantia, conscientiæ regula, Pactorum fides, Juramentorumque? Ruunt hæc omnia, sub larva *Naturalis honestatis*, ubi Authoritas Dogmatum Evangelii Christi, doctrina sanæ Teologiæ, sanctitas legis Divinæ, ubi Religio Christi revelata, naturali cuidam Philosophiæ superbe postponitur.

Chrześciańską odrzuciwszy pobożność, (iak się teraz nieszczęściem wieku dziać zwykło) nie nagrodzą nigdy w obyczaiach tey szkody, którą w oczach naszych przynosi zniewaga Ewanjelii, osłabienie pobożności, ostygłość wiary, lekkie ważenie zwierzchności, obalenie Prawa, ruina Karności, zerwanie przysięgi i umow. To zaś wszystko początek swóy brać się zdało ze wzgardy Nauk wiary Boskiey, ze wzgardy rozumney i prawdziwey Teologii pod hasłem nowych oświeceń i chęci wygórowania w nowościach nad samo niedowiarstwo i nad upoważnioną mniemanemi naukami rozwiązłość.

Magni illi Heróés quondam Poloni memores semper fuerant pietatis Majorum suorum: Qui ipsismet sacrosanctis cum adessent sacrificiis evaginatis gladiis, quos continuis victoriis effecerant celebres, zelum

Owi wielcy Polacy pomniąc iako ich Przodkowie wśrzód ofiar Nayświętszych dobywać zwycięzkie swe szable mieli za obrządek pobożności, gorliwość o wiarę oznaczaiącey, sami też onych w tey mierze naśladowali; bo

czy

pietatis & fidei ſuæ erga Evangelium Chriſti profitebantur. Illi etiam ſive properarent ad bella, ſive victores gloriosi domum redirent; prima Cura eis erat Honoris Divini, prima tenerrimi in DEUM Cultus Eis inſederat cogitatio. Quia Doctrina Chriſtianæ Fidei a tenerrimis unguiculis eis unice erat cordi, ac ad omnes ſcientias æquè ac ad omnia gloriosa pro amore Patriæ geſta, erat illis incitamentum ingens et amabile. Pervolvamus gentis noſtræ Hiſtoriam! videamus Heróés illos fidei & Patriæ: *Koniecpolſcios, Potoccios, Sapiehas, Radzivillios, Zamoyſcios*! veniat nobis in mentem, quæ Pietas in DEUM, quæ Sacrorum veneratio erat in illis *Chodkiewiciis, Zolkiewſciis, Czarnecciis, Oſſolinſciis, Sobiesciis*, aliiſque. Illis certé fidei Chriſti Doctrina & ſcientiarum & Fortitudinis & victoriarum & Gloriæ immortalis, erat principium. Doctrinam fidei Magnus ille *Joannes Zamoyſcius* Cancellarius & dux Regni ſupremus Fundamentum eſſe credebat omnis boni omniſque felicitatis & Publicæ & privatæ; Cum teſtamentorum codicillis hoc filio ſuo *Thomæ Zamoyſcio*, inſcripſerit æviterné memorandum oraculum: *Si vis beatus eſſe, primo omnem Hæreſim atque errorem in fide fuge.*

Hæc tempora nobis hodie rede-

czy to ſzli na woynę, czy z zwycięſtw powracali, pierwſzą myśl do Boga i Swiątnic Jego obróconą miewali. Wey-rzeć w Hiſtoryą owych Bohatyrow, Koniecpolſkich, Potockich, Sapiehow, Radziwiłow, Zamoyſkich: *wſpomnieć pobożność* Chodkiewiczow, Zolkiewſkich, Czarneckich, Sobieſkich, Oſolińſkich, *i tyſiąc innych, iak nauka wiary czyniła ich i do innych umieiętności zdolnieyſzemi, i do męſtwa, zwycięſtwa, Sławy gotowemi i ochotnemi! Naukę wiary ow Wielki* Jan Zamoyſki *Kanśierz i Hetman Koronny kładł za pierwſzą zaſadę ſzczęśliwości Narodu całego i oſob w ſzczegulności, á w Teſtamencie Synowi ſwemu* Tomaſzowi *zalecił*: Jeśli chcesz bydź ſzczęśliwym, nadewſzyſtko unikay niewierności, i od błędow przeciw wierze S. uciekay.

Teraz dawne owe wieki zdaią ſię

ſzczę-

unt fortaſſe feliciter: AA: ea enim nobis eſt nunc ætas, qua Rex ſapiens una cum Ampliſſimo Præfectorum educationi Publicæ Collegio, ſtudiorum renovationi, prima ſacro ſanctæ Religionis Dogmata, (ut par eſt) præficiens, Generationem novam in ſcientiis ac moribus perfecté formatam Poſterorum felicitati præparat.

ſzczęśliwie powracać: Słuchacze Przezacni. Ten to ieſt teraz czas, kiedy Król mądry, na czele Prześwietney Kommiſyi Edukacyi Narodowey wespół z temi Nayoświeceńſzemi z Narodu wybranemi Mężami, gdy w odnowie powſzechney Edukacyi; pierwſze mieyſce daie, (tak iak należy) Naukom nayświętſzey Chryſtuſa Religii, naukom zdrowey i prawdziwey Teologii. Gotuie Potomności ku uſzczęśliwieniu nowe Pokolenie oświeconych gruntownie, á zatym nayleplzych Obywatelow.

Ea eſt nobis ætas, qua Pontifex Vilnenſium Celſiſſimus Princeps amore literarum ac Reformatione in Clero ſuo ſtudiorum Theologicorum, orbi literario percelebris, ipſammet Cleri Juventutem, illam tenellam felicitatis futuræ Plantam, cum virtutibus, Diſciplinis, ac cerimoniis Eccleſiaſticis in *Seminario* ſuo erudiri exoptat; ad Univerſitatem almamque hanc Academiam ſtudiis Theologicis eam imbuendam diſponit, ut more Cleri Gallicani, quot Parochi tot Theologi, quot Curati, tot eximii Doctores & Eccleſiam reddant florentem. & Nomen Paſtoris ſui faciant Jmmortale. Tua eſt hæc ſcientia, Princeps Celſiſſime! Tu Primus Diæceſis tuæ Theologus, Tu Primus Eccleſiæ tuæ Doctor. Ego muneri huic applicatus felicem me puto tuas obire hac in parte vices,

Ten czas ieſt ſzczęśliwy dla nas teraz gdzie ſławny mądrością i miłością Nauk Paſterz naſz JO. Xże Jmć Biſkup Wileński, odnowiwſzy i uporządziwſzy nauki Duchowieńſtwa ſwoiego, młodzież Duchowną, tę śliczną przyſzłey ſzczęśliwości dla Kościoła i dla Kraiu latorośl, aby doſkonalſzą uczynił, gdy im obrządki Kościoła w Seminarium ſwym Generalnym, i karność Religii przekładać nayużyteczniey z pobożnością zalecił; dla nauk Teologicznych do Główney Szkoły Litewſkiey, iako do Matki cnot i nauk na codzienne Lekcye publiczne udawać ſię nakazał; aby zaczaſem na wzor Duchowieńſtwa Francuſkiego, ile Kapłanow tyle oświeconych Teologow, ile Plebanow tyle Teologii Doktorow liczyć mogła Dyecezya, i ku świetnieyſzemu zakwitnieniu Religii, i ku uwiecznieniu ſławą na odległą potomność, tak wielkiego Paſterza. Jakoż Twoia to ieſt iſtotnie nauka JO. Mości Xiąże!

eó feliciorem me exiſtimo, quo magis toto orbe ſcientiis celebrem experior meum Paſtorem Magiſtrum ac Præſidem.

Xiąże! Tyś pierwſzy z Apoſtolſkich Uſtaw Dieczezyi Twoiey Teolog. pierwſzy Kościoła Twego Nauczyciel. Ja zaś że Twoie w tey mierze mieyſce zaſtąpić mam pozwolony honor, tym więkſze dla ſiebie uznaię ſzczęście, im ſławnieyſzego Swiata w Kościele za granicą i w Oyczyźnie Nayoświeceńſzym znanego Waſzą Xiążęcą Mość mam Przewodnika Miſtrza i Paſterza.

Denique ea nobis eſt ætaſ, qua nullis laboribus fractus vir toto Literario orbe celebris *Rector* huius almæ Academiæ *Magnificus*, tantum Religionis amore ac Pietatis ſolidæ motu allaboravit; ut tandem feliciter Cathedras S. Theologiæ in hac Principe ſchola erectas videat. Jn Eo ſtudia Philoſophica augere videntur Fidem Theologicam. Jlle vir Eximius ita Aſtronomiæ videtur totus eſſe deditus, ut obſervatio continua cæleſtium motuum videatur Ei eſſe præcipua Pietatis, Devotionis ac Religionis Palæſtra, & quo ſublimius cæteris Matheſi immergitur; eo majori affecti one Sacroſanctis Theologiæ ac Religionis Dogmatibus, hincque oriundæ Pietati ac Devotioni religioſiſſimé conjungitur, Ejus viri exemplo Nobiliſſimo, falſi convincitur prætenſæ Philoſophiæ oraculum quaſi ſtudium & Amor Religionis ac Pietatis, ſcientiarum ſplendorem ac Utilitatem impediat:

Ten zgoła ieſt czas ſzczęśliwy dla nas teraz, gdzie nieſpracowany a całey Europie uczoney z ſławą i ukochaniem Znany Mąż, przeſławney tey Akademii Rektor, tyle za powodem gorliwey miłości Religii i pobożności dokazał; iż Teologiczne Katedry ku rozkrzewieniu Wiary i Prawdy, otworzone dziſiay z pociechą ogląda. W tym to Mężu; nauki nayoświeceńſzey Filozofii, zapalać tym gorliwiey zdaią ſię przywiązanie Jego ku naukom Wiary i ku Teologii, że zatopienie ſię prawie Jego w poſtrzeganiu Niebios z zwierzchnemi ich obróty, tym goręcey Duſze iego podnoſić ſię zdaią ku Słońcu nieſtworzoney mądrości; tak dalece, iż wyſokość Jego Matematyki i Aſtronomii Jemu naymiłſzey, ſzkołą nieiako ſtaie ſię Swiętobliwości rzetelney, i złączenia ſię z tym Stwórcą, którego ruchem ożywione Gwiazdy i ogromne Planety, Xięgą mu ſą nayużyteczniey ſzey i nayzbawienniey ſzey nauki Teologii, o którey wſkrzeſzenie tak gorliwie pracuie, daiąc dowod Swiatu i Jego Filozofii, iż można bydź i praw-

dziwie

dziwie uczonym z chwałą, i Religią Chryſtuſa uprzeymie kochaiącym z gorliwością.

Eja igitur Candidati Theologiæ lectiſſimi, ſtudiis Theologiæ Sacræ, Me Vobis Præeunte accingimini, Ego vero Divina gratia, quam imploro, fretus, Exemplo Doctoris gentium in eo me impendam & ſuperimpendam *non in ſublimitate quidem ſermonis aut ſapientiæ; ſed in oſtenſione ſpiritus & Virtutis, ut Fides veſtra non ſit in ſapientia Hominum, ſed in virtute DEI.*

Do takiey więc Teologii, Uczniowie zacni wybrani! z przygotowanym umyſłem i ſercem przyſtąpmy! Do tych Swiętych nauk z chęcią ſię i ochotą obróćmy! Ja zaś Przewodnictwu Waſzemu przeznaczony, na to całą uſilność moię poświęcę, nie w wyſokości wytwornego mówienia i mądrości; lecz w okazaniu Ducha i cnoty, aby wiara waſza nie w próżney mądrości Swieckiey, ale w mocy Boſkiey była zagruntowana.

DIXI.

KONIEC

PROSPECTUS
LECTIONUM
IN COLLEGIO PHYSICO.

Josephus Mickiewicz AA. LL. & Philosophiæ Doctor, Canonicus Smolenscensis, Physicæ Experimentalis publicus Professor, absoluto anno superiore tractatu universæ Mechanicæ & Hydrostaticæ, anno sequente singulis diebus Martis, Iovis & Saturni, horis matutinis explanabit, experimentisque demonstrabit inprimis proprietates aquæ pluviæ, fontanæ, fluviatilis & marinæ in tribus diversis statibus: nempe fluiditatis, vaporum & glaciei consideratæ. Deinde exponet proprietates aeris tam Atmosphærici quam Elementaris scilicet: dephlogisticati, fixi, mephitici, phlogisticati, inflammabilis, nitrosi, acidi & Alcalini; tum differet de sono & eius propagatione. Postremò sequetur universa Meteorologia, nimirum tractatus de calore & frigore, de natura & usu thermometrorum, de ventis, de vaporibus, de natura, de diversa constructione ac usu Hygrometrorum, de nebula, rore, nubibus, pluvia, nive, grandine,

UKŁAD
LEKCYI
W KOLLEGIUM FIZYCZNYM.

X. Jozef Mickiewicz *Nauk wyzwolonych i Filozofii Doktor, Kanonik Smoleński, Fizyki Experimentalney Profesor, zakończywszy w roku przeszłym całą Mechanikę i Hidrostatykę, w roku przyszłym w każdy Wtorek, Czwartek i Sobotę z rana przekładać i doświadczeniami utwierdzać będzie naprzód własności wody: deszczowey, zrzódlaney, rzeczney i morskiey, we trzech różnych stanach: to iest płynności, waporów, i lodu uważaney. Daley przekładać będzie własności powietrza tak Atmosferycznego, iako też i Elementarnego, w szczegulności zaś Powietrza nayzdrowszego, stałego, szkodliwego, zapalnego, saletrzanego, kwaśnego i Alkalicznego, potym będzie rzecz o dźwięku i onego szerzeniuśię; Nakoniec nastąpi cała Meteorologia, mianowicie traktat o cieple i zimnie, o naturze i używaniu Ciepłomierzów, o wiatrach, i waporach, o naturze, rozmaitym składzie i używaniu Hygrometrów, o mgle, rosie,*

aerisque atmosphærici ſtatu Barometris observari solito, ubi ſtructuram & usum hujus inſtrumenti, ejusque utilitatem in prævidendis atmosphæræ mutationibus declarabit. Tractatus hic innitetur observationibus meteorologicis, tam his, quæ in Observatorio Regio Vilnenſi, quàm etiam illis, quæ per universam ferè Europam fiunt, & curâ ac ſtudio Societatis Meteorologicæ Palatinæ Manheimienſis redactæ, ſingulis annis imprimuntur.

obłokach, deszczu, ſniegu, gradzie, o ſtanie Atmosfery za pomocą Barometrow doſtrzeganym, gdzie natura, ſkład i używanie tego inſtrumentu, oraz pożytek onego w przewidywaniu dosyć wczesnym odmian Atmosferycznych przekładane będą. Cały ten traktat gruntować ſię będzie na Obſerwacyach tych, które w Obserwatorium tuteyszym Królewſkim, i owych, które prawie w całey Europie robione ſą, a ſtaraniem i nakładem Towarzyſtwa Meteorologicznego Manheimſkiego zredukowane corocznie z druków wychodzą.

Opificibus vero diebus Dominicis & Festis ex Elementis Arithmeticæ, Geometriæ & Mechanicæ explanabit ea, quæ & usui eorum quotidiano & captui maxime accommodata judicabit.

Rzemieślnikom zaś w Niedziele i Dni Swięte początki Arytmetyki, Geometryi i Mechaniki dawać będzie, ſtoſuiąc ſię do ich kunsztu, poięcia i potrzeby.

Franciscus Milikont Narwoysz Sacræ Theologiæ Doctor, Mathematicus Regius, Unus é duodecim Sociis Exteris Societatis Italicæ, præpoſitus Socoldenſis, Canonicus Smolenscensis, Publicus ac Ordinarius Sublimioris Matheséós Profeſſor, Ex propoſita ſibi tractatuum ſerie, ſtatis temporibûs, tradet hoc anno:

Franciszek Milikont Narwoysz *S. Teologii Doktor, Matematyk J. K. Mci, jeden ze dwunaſtu Towarzyſzów Cudzoziemſkich Towarzyſtwa Włoſkiego, Pleban Sokoldzki; Kanonik Smoleński Publiczny zwyczayny wyższey Matematyki Profeſor, w czaſie wyznaczonym z porządku przedsięwiętego będzie tego roku dawał.*

1°. Libellum NEWTONI de Quadratura Curvarum, præ cæteris quidem Scientiæ ubertate inſignem, eumdem tamen rerum compreſſione & amplitudine præ cæteris obſcurum & gravem. Ita contentionem animi & ſtudium poscere acerrimum, &

1° *Kſiążeczkę Newtona o Kwadrowaniu Linii Krzywych, nad inne w prawdzie dla obſitey umieiętnośći znamienitſzą; lecz dla rzeczy obſzernych licznego naciſku nad inne mgliſtſzą i ważnieyſzą: Takto natężonego nayoſtrzey umyſłu i uſilnego wyciągaią, tak-*

inge-

ingenii quasi formâ quadam lucere, quæ prensantens tamen miseré effugeret. Quæ cùm ita sint, plùsquám mediocri studiô locum tam difficilem exercere, pro Officio suo pollicetur: Atque unâ eademque operâ, si alacres ardentesque nactus fuerit Auditores, Corollarii instar expediet *primam partem Calculi Integralis* VV. CC. PP, Le Seur & Iacquier.

2° Methodum differentialem seu interpolandi Newtoni, Mayeri praxi Astronomicæ, quadrandarumque curvarum vel maximè inservientem, enodabit.

3° Denique linearum Geometricarum Proprietates generales è Maclaurino, ac enumerationem Linearum tertii ordinis Newtonianam, altiorum que per Cramerum, si otium fuerit, prosequetur.

Thaddæus Kundzicz Ar: Lib: & Philosophiæ Doctor, Canonicus Livoniensis, Coadjutor Præpositus Ecclesiæ SSmæ Trinitatis, Publicus & Ordinarius Matheseos Applicatæ Professor diebus Martis, Jovis & Saturni horis matutinis lectiones suas instituet, quarum materia, totiusque cursus Annui argumentum erit ea pars Staticæ, quæ

to nieiako kształtnością wielkiego dowcipu świecą, iż ubiegaiącychsię tuż za sobą, często iednak żałośnie z nękaią i wycieką. Przeto drogę tak nieprzebytą i nieutorowaną z iak naywiększą usilnością utrzeć i zgoła ułatwić wedle obowiązku urzędu swego przyrzeka; J za iednym zachodem, skoroby na Słuchaczow z ogniem ochoczych trafił, iako z ciągu rzeczy wypadaiącą, odbędzie pierwszą część Rachunku płynnego *napisaną przez sławnych w Europie Mężow XX. Le Seur i Jacquier.*

2° *Sposob differencyalny lub interpolacyi Newtona, Mayera do Praktyki Astronomom i wyższym Geometrom Kwadruiącym praktycznie Linije krzywe wielce zręczny wyłuszczy.*

3° *Własności nakoniec powszechne Linii Geometrycznych z* Maklaurina, *i wyrachowania Linii trzeciego porządku z* Newtona, *lub też wyższych z* Kramera, *ieżeli czas wystarczy, przesięweźmie.*

Tadeusz Kundzicz *Nauk wyzwolonych i Filozofii Doktor, Kanonik Inflantski, Koadiutor Proboszcz Kościoła S. Tróycy, Publiczny i ordynaryiny Matematyki stosowaney Profesor we Wtorki, Czwartki i Soboty zrana lekcye swe dawać będzie, których materyą i całego Kursu rocznego treścią będzie ta część Statyki, która równo-wagę, iaka*

æquilibrium, prout eſt in machinis, considerat.

Tractatum hunc ea methodo exponendum ſuscipiet, quam ſuperioribus annis sibi præfixerat, adjectis iis, quæ de affrictu in singulis machinis, de rigiditate funium, de æſtimatione virium, earumque ad machinas applicatione paſsim apud celebriores hac in re Auctores habentur.

Finem operi imponet Diſsertatio de falso eorum Errore, qui minime Machinarum Theoriæ gnari omnia a machinis expectanda sibi eſse autumant peſsimè, ad ſuum ſensum illud celebre Archimedis detorquentes dictum: *Dic, ubi consiſtam, cœlum terramque movebo.* Eaque opinione freti maximis pro conſtructione machinarum impensis abutuntur, ut eum fructum conſequantur, quem minori virium diſpendio abſque ſubsidio machinarum certo haberent.

Machinom ieſt przyzwoita, rozbiera.

Traktat ten tym porządkiem Uczniom ſwym przekładać będzie, iaki w przeſłych leciech ſobie zamierzył, przydaiąc do niego naukę o Tarciu ſzczegulnym w każdey Machinie, o tęgości powrozów, o ſzacunku sił i ich do machin przyſtoſowaniu, wyiętą z ſławnieyſzych w tey mierze Piſarzow.

Rzecz całą zakończy Dyſsertacyą o fałſzywym błędzie tych, którzy nieznaiąc cale Teoryi machin, dziwnych rzeczy po machinach ſpodziewaią ſię, nieumiejętnie do ſwego zdania naciągając owe ſławne Archimedeſa ſłowa, Powiedz, gdzie mam ſtanąć, a niebo i ziemię poruſzę. *I w tym mniemaniu niezmiernym koſztom na wyſtawienie machin nieprzebaczaią, aby ten zyſk odnieśli, któryby z mnieyſzą ſtratą sił bez pomocy Machin pewnie mieli.*

Andreas Strzecki. S. Theologiæ Doctor, Collegii Physici Præſes, Canonicus Livoniensis, Regius Aſtronomus, et Aſtronomiæ publicus Profeſsor, In Lectionibus ſuis eum tenebit ordinem docendique modum, qui diſcipulorum utilitati, capacitatis eorundem habita ratione, magis accommodatus videbitur.

Initio præmittet Trigonometriam ſphæricam, cui adjunget brevem theoriam cum praxi Gno-

Andrzey Strzecki. *S. Teologii Doktor, Collegii Physici Prezydent, Kanonik Inflantſki, Aſtronom I. Kr. Mci i Aſtronomii publiczny Profeſsor, Lekcye ſwoie tym ułoży porządkiem, jaki do pożytku Uczniow, za względem na ich zdatność, naylepiey przypadać będzie.*

Na ſamym początku da Trygonometryą ſferyczną z nauką o ſferze, przyłączaiąc do nich

moni-

monicæ. Tum ad ipſam Aſtronomiam gradu facto: Explanabit ſyſtema mundi, ſingularum ipsius partium, quibus particularia Planetarum ſyſtemmata continentur, ad eorum motus & periodos relata, fontesque aperiet, ex quibus explicationes phænomenorum á motibus telluris, Lunæ & ſyderum pendentes hauriendæ ſunt; Tum indicabit modum ſolvendi Aſtronomica problemata, per ſolum uſum globi et trigonometriæ ſphæricæ: deinde progredietur ad eam Aſtronomiæ partem, quæ prima elementa ſtabilit, utpote docens determinationem magnitudinis & ſitûs orbitarum Telluris, & Planetarum, ipſorumque periodica tempora, Siderum loca atque alia bene multa, quæ primò ſese in Aſtronomia offerunt. Ubi cum theoria ſolis, Lunæ, planetarumque indicabit artificium uſumque Tabularum, exemplis ad invenienda loca ſolis, Lunæ & planetarum, ad Eccliſes ſolis & Lunæ fixarumque cum planetis congreſsus, occultationes &c. applicatis. Et hæc ſunt, quæ Discipulis ſuis ſpatio hujus anni ſcholaſtici in publicis lectionibus tradenda proponit.

krótką Teoryą i praktykę Gnomaniki. Postępuiąc p tym do Jamey Aſtronomii, wyktadać będzie ſyſtema świata we uſzyſtkich jego częściach, w których ſię ſzczegulne planet ſyſtemata zamykaią, i odkrywać źrzódła, z których ſię czerpać ma ttumaczenie fenomenów od obrótu ciał niebieſkich pochodzące, a w celu ułożenia uczniow do praktyki: nauczy ſpotobu solucyi problematow Aſtronomicznych przez ſamo używanie globow i Trygonometryi sferyczney. Toż póydzie do owey Aſtronomii części, która pierwſze niejako zakłada elementa, i zawiera naukę jak ſię ma determinować wielkość i położenie orbit Ziemſkiey i planetarny h, oraz z periodycznemi onych czaſami; jako też gwiazd pozycye i wiele innych rzeczy, które naprzód uczącym się Aſtronomii w oczy wpadaią: Gdzie przy Teoryi biegow ciał niebieſkich, ukaże ſztukę układu i użycia tablic, w exercytacyach do znalezienia mieyſc Słońca, Xiężyca i Planetow, także do zaćmieniow Słońca Xiężyca, okkultacyi gwiazd &c. ſtosowanych. I to jeſt co w tym roku ſzkolnym za materyą lekcyi publicznych obrał.

Josephus Langmaier Philosophiæ & Medicinæ Doctor, Pathologiæ, materiæ medicæ & Praxeos Profeſsor publicus, Eaſdem primum quas hactenus tra-

Jozef Langmaier, *Filozofii i Medycyny Doktor, Patologii, materyi Medyczney i Praktyki publiczny Profeſsor: Na początku lekcyi ſwoich, też ſame Böerha-*

tractaverat, magni Boerhavii Institutiones Pathologicas breviter in memoriam revocabit; tum vero Therapeuticæ ut cum maxime inhærebit, in qua, ordinatis primum ad systema morbis, causas cujusvis seorsim rimabitur, & ad erutam quamque adaptando curationem, Hippocratica simplicitate, medendi methodum expositurus est. Recocta ita jam septimum in annum pathologica hac crambe, Demonstrationes practicas, quantum fieri poterit, defectu Scholæ practicæ, ex Cathedra facturus est.

wego institucye, które dotąd wykładał, na pamięć uczniom swoim krótko przywiedzie; Toż dopiero całą swoią usilnością przyłoży się do Terapeutyki: gdzie uszykowawszy w systematyczny układ wszystkie choroby, przyczyn każdey z osobna dociekać będzie: a za ich wyświeceniem, jaka którey służy kuracya, i jakim składem ma bydź prowadzona, obszernie wykładać będzie, naśladuiąc w tym Hipokrata przedziwney prostoty. Zakończywszy tak siódmy kurs lekcyi Patologicznych; demonstracye praktyczne, zastępuiąc niedostatek szpitala, wedle przemożenia swoiego, z Katedry dawać będzie.

Joannes Andreas Lobenwein, Medicinæ & Chirurgiæ Doctor, Anatomiæ & Physiologiæ Professor Publicus ordinarius, quoslibet, rerum Anatomicarum & Physologicarum Studiosos atque cultores ad publicum fabricæ & naturæ corporis humani examen invitat, annuum studii anatomico - Physiologici cursum, in theatro anatomico Academiæ Vilnensis auspicaturus. Cursûs hujus dies & horæ è præscripto prælectionum Universitatis ordine innotescent.

Jan Andrzey Lobenvein, *Medycyny i Chirurgij Doktor, Anatomij i Physiologii Professor Publiczny ordynaryiny, Roczny ciąg nauki Anatomiczno Physiologiczney, przy pilnym - budowli ciała ludzkieyo roztrząsaniu przed się biorąc, wzywa wszystkich Uczniow na lekcye swoie; które dawać będzie, czasów wyznaczonych w porządku nauk Akademickich.*

Cum Physiologiæ sanæ & applicatæ principia, eatenus tantum fide digna sint, quatenus partium corporis humani usum & functiones ex earundem

Ponieważ w principiach zdrowey i dobrze przystosowaney Physiologii, tyle tylko zaufać należy, ile użytku i powinności części ciała ludzkiego z fizyczney o-

organisatione physica explicare licet; omnis autem hypotesis præsertim in rebus physicis, procul à veritate seducat, & vel ipsas, quas nobis per directam partium analysin comparamus, notiones, confundat & pervertat: omnem omnino physiologiam cuivis partium corporis humani anatomiæ suo loco ita superstruet, ut, quidquid de ipsarum usu & functione certum & perspectum habetur, nonnisi immediata partium demonstratione & dissectione patefaciat, hypoteses vanas vel illibatas negligendo, vel celebriores tantum eruditionis gratiâ degustando. Hunc in finem proprii quidem systematis commentaria ingenue communicaturus, illis, qui Latinam solum callent, pro quadam rerum memoria, in anatomicis commendat *Winslovii* expositionem partium humani corporis, aut breviores *Schärschmidii* tabulas anatomicas, in Physiologicis vero *Marherri* prælectiones in *Boerhavium*, vel succincta *Halleri* elementa physiologiæ cum notis *Wrisbergii*, vel *Jadeloti* physicam hominis sani; illis autem, qui gallicam loquuntur linguam, *Lieutaud* Essais anatomiques, aut *Sabatier* Traitè complet d' anatomie; illis denique quibus idiomatis germanici facultas est: *Mayers* Beschreibung des menschlichen koerpers, & *Hallers* Grundriss der Phy-

nych organizacyi dowieść można; wszystkie zaś Hipothezy, osobliwie w rzeczach Fizycznych, odwodzą od prawdy, i nawet te wiadomości, których przez należytą części analizę nabywamy, zamętem i sprzeczną mieszaniną zarażaią: wszystkie więc uwagi Physiologiczne, przy anatomicznym rozbieraniu każdey z osobna ciała ludzkiego części na swym mieyscu tak przetozy, że wszystko to, co o ich użyciu i powinności pewnego mamy, tuż przy demonstracyi i dissekcyi onych poda: opuszczaiąc wszystkie Hipotezy próżne i od wszystkich zaniechane, i niewymieniaiąc z onych chyba tylko znacznieysze dla samey erudicyi. Na ten koniec wykład własnego Systema rzetelnie kommunikować będzie, nadto tym którzy łacińśki posiadaią ięzyk, dla lepszey pamięci do anatomii zaleca Winslowiusza *traktat o częściach ciała ludzkiego, lub też krótsze nieco tablice anatomiczne* Scharsmida; *do Physiologii zaś:* Marherra *wykład lekcyi* Boerhawego, *albo też skrócone początki Physiologiczne* Hallera *z przypiskami* Wrisberga, *albo na koniec* Jadelottego *Fizykę człowieka zdrowego. Tym zaś którzy po francusku umieią, zaleci P.* Lieutaud *Essais anatomiques, albo* Sabatier *Traitè complet d' anatomie. Tym nareszte którzy Niemiecki posiadaią ięzyk,* Mayers *Beschreibung des Menschlichen*

siologie, mit zusetzen von *Wrisberg*, übersetzt von *Soemmering* und mit Anmerkungen von P. S. *Meckel*. Ea, quibus scientiam illustraverunt recentiorum autorum experimenta atque sagacitas, suo quæque addet loco.

I

Præmissa iam cursu præterito osteologia cranii, reliquam de ossibus doctrinam succincto complectetur filo, ut, cognito corporis humani sceleto, stet firmum omnium reliquarum partium fundamentum, cui quidem ipsæ ut communi fulcro innituntur, & cujus ope familiarem invicem alunt connexionem.

Inde sectionibus recentibus demonstrabit omnes successive corporis humani musculos, viscera, arterias, glandulas, nervos & organa sensuum; singulis autem demonstrationibus specialem partis tradendæ Physiologiam subjungent. Adornabit itaque osteologiam historiâ osteogeniæ & articulationum; miologiam theoriâ irritabilitatis & motûs corporis; anatomiam cerebri & medullæ nervorum, expositione Phænomenorum sensibilitatis & commercii inter animam & corpus, nec non examine sensuum internorum, quatenus absconditas eorum functiones debili conjectura rimari datum est.

Se-

koerpers, i Hallers *Grundriss der Physiologie, mit Zusätzen von* Wrisberg, *übersetzt von* Soemering *und mit Anmerkungen von P. J. Meckel. Z swoiey zaś strony, wszystkie doświadczenia, któremi nowszych Autorow pracowitość i dowcip naukę oświeciły, gdzie onych potrzebę widzieć będzie, przywiedzie i przystosuie.*

Do osteologij czaszki, którą przy końcu przeszłego kursu przełożył, doda dopiero resztę nauki o kościach suchych, iżby uczniowie poznawszy szkelet, założyli niewzruszony całey machiny fundament, na którym wszystkie części spolną maiąc zasadę wzaiemnie się między sobą łączą i tednoczą.

Przystąpi do sekcyi trupów świeżych: gdzie następnie, musskuły, trzewy, arterie, gruczoły, nerwy i narzędzia zmysłów pokaże; do każdey zaś części przyłączy szczegulne o niey wiadomości Physiologiczne; tak do osteologii przyda naukę osteogeniy i artikulacii, do miologii theorią ruchu i irritacyi; do anatomii mozgu i mlecza nerwow, wykład Phænomenow czucia i harmonii duszy z ciałem: nieopuści też roztrząśnienia zmysłow wewnętrznych, chociaż te, iako mniey znane, niewiele nam o sobie rezonować pozwalaią.

Secto imo ventre, peritoneum & abdominis viſcera contemplabitur in situ naturali, omentum, porro, lien, pancreas, hepar, vesicam felleam & ductus biliferos, ut explicatis inde bilificationis phænomenis, & ſucceſsiva oris, faucium, ventriculi & inteſtinorum anatomiâ, & proſtabilita simul maſticationis & deglutitionis Physiologia facilius intelligatur digeſtionis & chylificationis negotium. Commodum erit inde luſtrare meſenterium, vasa lactea, glandulas conglobatas, chyli iter in ſangvinem, totumque nutritionis myſterium.

Ut jam abſolvat ſplanchnologiam abdominis reliquam, tractabit de renum & vesicæ urinariæ fabrica & functione, & denique de partibus genitalibus utriusque ſexus, ut & de menſtruatione, generatione, gravitate, partu, puerperio, & lactatione, simulque notabit hiſtoriam, fætus, & physicam ejus ab adulto differentiam.

Ab anatomia abdominis, transibit ad ſplanchnologiam thoracis. Ibi consideratâ primum cavi pectoris configuratione, pleurâ & situ viscerum thoracis in genere, inveſtigabit fabricam & mechanismum lingvæ, laringis, tracheæ & pulmonum ut

Gdy przyidzie do niższego żołądka, examinować będzie Błonę iamy brzucha, wnętrzności w położeniu naturalnym; daley Gruczoł pankreatyczny, śledzionę, wątrobę, pęcherzyk żołci i oney kanały; aby po wytożeniu fabryki żołci, toż anatomij uſt, podniebienia, żołądka i ciągu kiſzkowego, także theoryi żucia i połykania, łatwieyſza do zrozumienia była Phyſiologia chylifikacyi, zkąd zręczniey będzie pomknąć ſię do błony kiſzkowey dwoiſtey, naczyń mlecznych, gruczołow ſkupionych, i śledzić drogi któremi chil do krwi idzie, i całą naresztę taiemnicę zamiany pokarmu w ſubſtancyą ciała.

Do Splanchnologii niższego żołądka przyda o ſktadzie nerek, i pęcherza moczowego, na koniec o częściach do rodzenia ſłużących, oboiey płci, iako też o czyſzczeniu miesięcznym, płodzeniu, brzemienia porodzeniu, połogu, karmieniu, gdzie przyłączy naukę tyczącą ſię płodu i iego fizyczney różnicy od dorzrzałego człowieka.

Po zakończeniu Anatomii niższego żołądka, przeydzie do Splanchnologii w Pierſi. Tam zważywſzy naprzód iamę pierſiową i błonę ią otaczaiącą, opowie położenie trzewow tey części w powſzechności, roztrząśnie układ i mechanizm ięzyka, gło-

inde patefiat ſyſtema reſpirationis vocis & loquelæ.

Poſtea proſequetur cultro anatomico pericardium, ut mirabilem cordis rimetur fabricam; simul vero ſangvinis inveſtigabit naturam: unde continuas recenſebit leges circulationis atque pulſus.

Proximé communicabit brevem de glandulis commentarium, quo pertractato varios è ſangvine derivandos humores commemorabit, simulque difficillimam de illorum ſecretione problema enodare tentabit.

Ultimo loco aget de ſensibus externis; de gustu quidem locus erat tractare ſub capite de lingua, nunc itaque occurret organon olfactus, visus, auditus, atque tactus. Capiti de tactu præmittet anatomicam tegumentorum corporis humani nec non pilorum & unguium.

Finitis ita demonſtrationibus anatomico Physiologicis, immorabitur explicandis ſententiis variis de calore animali & de vi vitali. Conſpectus omnium naturæ humanæ virium combinatarum, & comercii inter eas mutui, ſunctionumque inde oriundarum, universo Physiologiæ ſtudio coronam imponet.

wki krtanut, ðaley krtani ſamey- i płucow ðla wytłumaczenia Theoryi oððychania głoſu i mowy.

Dopioroż pokaże pericardium i ðziwną serca ſtrukturę opiſze; ſubſtancyą krwi, oraz całey cyrkulacyi i pulſacyi mechanizm wyłoży.

Traktuiąc o gruczołach i różnych ze krwi przez nie oððzielaiących się humorach, będzie się ſtarał nayzawilſzą o tey fabryce kweſtią wedle przemożenia rozwiązać.

Na koniec nauczać będzie o zmyſłach zewnętrznych: aże o ſmaku iuż była mowa pod traktatem ięzyka, zoſtanie mu tylko przełożyć narzędzia, zapachu wzroku, ſłuchu nareſztę czucia, ðawſzy naprzóð anatomiczną explikacyą powłok zewnętrznych iakoteż włoſow i paznogci.

Zakończywſzy wedle tego, Traktat anatomiczno-Physiologiczny, zabawi nieco nað wyłożeniem zdań różnych o cieple zwierzęcym, i siłach życie ſtanowiących. Wyobrażenie wſzyſtkich ciała ludzkiego ſił połączonych i wzaiemnych między niemi związkow, także z nich pochoðzących funkcyi będzie ðokonaniem Traktatu Phyſiologii.

Jacobus Briotet Médicinæ atque Chirurgiæ Doctor, Academiæ Parisinæ Chirurgus Emeritus, &

Jakob Briotet *Filozofii Chirurgij i Medycyny Doktor, Chirurg wyſłużony w Akademij Pary-*

Operationum & Chirurgiæ Practicæ Profeſſor atque Demonſtrator Publicus ordinarius in Univerſitate Vilnenſi, anni præſentis curſu tractabit de morbis & operationibus Chirurgicis, breviter de diviſione univerſæ Medicinæ innuendo. Jam vero præmiſſa in genere notitia de cauſis & ſignis morborum ad diviſionem Chirurgiæ in ſpecie accedet, quam Veteres æque ac Recentiores ad quatuor claſſes revocarunt, nempe ad Sinthesim, Dieresim, Exeresim & *Frotheſiim.*

Non prius autem Demonſtrationes operationum inſtituet, antequam tractatum de vulneribus in genere peregerit, definitionem nempe vulnerum, eorum cauſas, differentias & ſymptomata exponendo, ſigna diagnoſtica & prognoſtica vulnerum indicabit, simulque generales medendi regulas adjunget; his accedent ſuturæ & fasciæ: deinde vulnera in ſpecie explicabuntur.

Sequentur vulnera simplicia & complicata. Externi morbi Capitis: Tumores capitis Infantum neo-natorum: Diaſtasis oſsium Cranii, Hydrocephalus, vulnera, contusiones, extravasationes, tum ſupra, tum infra galeam aponevroticam, ſub dura matre, & ſuper cerebrum, Cerebri commotio & repercuſsio: Fracturæ Cranii simplices & complicatæ, Impreſsiones oſ-

ſkiey, Operacyi i Chirurgij Praktyczney Profeſsor i Demonſtrator Publiczny Ordynaryiny w Akademij Wileńſkiey, w ciągu Roku cały kurs Chirurgij Praktyczney wyłoży; krótko o podziale całey nauki Lekarſkiey namieni, a przełożywſzy w powſzechności przyczyny i znaki chorob, do podziału ſamey Chirurgij przyſtąpi, którą teraźnieyſi ròwnie iako i dawnieyſi na cztery dzielą części, to ieſt: na Synthesim, Dieresim, Exeresim i Prothesim.

Nim rozpocznie ſamych Operacyi demonſtracye, przełoży wprzod Traktat o Ranach, gdzie poda definicyą rany, a razem przyczyny, różnicę i Symptomata ran opiſze; Wymieniwſzy znaki Diagnoſtyczne y Prognoſtyczne ran powſzechne prawidła leczenia onych przełoży, tu przyłączy spoſzycia i bandaże, i do ſzczegulnego wykładu ran przyſtąpi.

Wciągu dalſzym lekcyi mówić będzie o ranach proſtych czyli ſamychprzez ſię, i o ranach z innemi przypadkami połączonych. O chorobach zewnętrznych głowy: o nabrzmiałościach głowy z iakiemi dzieci wychodzą na świat: o rozdzieleniu ſię kości czaſzkowych i puchlinie głowy: o ranach, zbiciu i rozmaitym rozlaniu ſię materyi pod i nad błoną aponewrotyczną: pod plew-

sium Cranij contra cerebrum, & operatio Trepanationis, morbi palpebrarum, qui sunt: earum hidrops, Paralysis, Trichiasis, Distichiasis, & Ectropium: nec non ophtalmia inflammatoria. Ulcera corneæ transparentis, Contusiones bulbi oculi; prolapsus humoris cristallini; variæ cataractarum species, earumque operatio. Sacci lachrimalis relaxatio atque hernia. Obstructiones, abscessus atque fistulæ punctorum lachrimalium & canalis nasalis ipsaque fistulæ lachrimalis operatio. Morbi narium. tum externi tum interni: ulcera, hæmorrhagiæ, excrescentiæ polyposæ, Polyporum species, Therapia & extractio. Morbi oris, atque labiorum ulcera cancrosa horumque extirpatio, Labium leporinum connatum & accidentale. Gingivarum ulcera & fungi. Inflamatio veli penduli palatini, uvulæ, tonsillarum. Angina serosa & inflammatoria; Gangræna faucium. Corpora hæterogenea, retenta in aspera arteria, aut oesophago. Bronchotomia, oesophogotomia.

Morbi mammarum; depositiones lacteæ à puerperio: glandularum abscessus, contusiones, infarctus, cancer occultus, & exul-

cera-

ką zwaną dura mater, *i na mozgu, o wzruszeniu się onego i zmocowaniu. O złamaniu kości czaszki samych przez się, i o złamaniu z innemi przypadkami złączonym, o ugięciu kości czaszkowych do mozgu, i o operacyi Trepanu. o Chorobach powiek, onych puchlinie, paraliżu i niemocach zwanych* Trichiasis, Distichiasis i Ectropium. *O bolu oczu zapalaiącym, o wrzodach i stłuczeniu Oka, o wypłynieniu Kryształowego humoru, o rozmaitych gatunkach katarakty, i o operacyi. O zwolnieniu się i rupturze woreczka łzawego, o wrzodach fistułowych i zatkaniu się delikatnych otworow łzawych, kanału nozdrzowego, i o operacyi fistuły łzawey. O Chorobach nosa, o wrzodach, krwotoku, i wyrośłach polipowych, o ich gatunkach, sposobach używanych do uleczenia, i o wyrwaniu onych. O Chorobach gęby, warg, o wrzodach kancerowych, wygubieniu onych, o rozdwoieniu warg, naturalnym i przypadkowym. O wrzodach i narastaniu dziąseł. O Inflammacyi podniebienia. O Æskwinancyi humoralney, i zapalaiącey. O chorobach gardła, o wydobyciu z niego iakowego obcego ciała,* o Bronchotomij i Oesofagotomij.

O Chorobach pierśi niewieścich, o zsiadaniu się mleka po rodzeniu, o wrzodach, zstłuczeniu, zatkaniu gruczołow, o raku u-

ceratus, ejusque extirpatio, vulnera Thoracis penetrantia, cum læsione partium in eo contentarum; extravasationes in pectoris cavitate sanguinis, puris, aquæ & operatio Paracentesεos pectoris. Vulnera imi ventris, tum penetrantia, tum non penetrantia, cum, vel sine læsione viscerum. Gastroraphia. Extravasata abdominis varia; Hydrops in genere & in specie; Ascites, Paracentesis abdominis. Herniæ: earum definitio atque Etymologia specifica: viscera quæ in ijs comprehenduntur & loca in quibus erumpere solent; earum causæ atque signa. Bubonoceles cura & operatio, Castratio, comparatio operationis Cæsareæ cum Synchondrotomia, morbi systematis uropoëtici; Dysuria, stranguria, ischuria, inflammatio renum; calculi in ijs suborti, atque calculorum via per ureteres & urethram. Calculi in vesica urinaria retenti: eorum figura varia, & quorundam incarceratio inter vesicæ tunicas. Comparatio diversarum Lithotomiæ methodorum inter se; harum cuivis sua est præstantia, sed certis solum in casibus; nulla exclusive reliquis omnibus semper, aut ubique præferenda. Catheterismus: modus varius introducendi catheterem. Morbi præputij, phimosis, paraphimosis, & cirmumcisio, operatio Judæis usitata, punctura vesicæ

krytym i zwrzodziałym, oraz o wykorzenieniu onego. O ranach aż do pierśi zachodzących bez, lub z obrażeniem części wnętrznych, o rozmaitym rozlaniu się krwi, ropy, wody w pierśiach, i o operacyi Paracenthesis. *O Ranach niższego brzucha, i o tych wszystkich, które są z wierzchu, lub które zachodzą wewnątrz, z naruszeniem lub bez naruszenia części wnętrznych:* o *rozmaitym wylaniu się, o puchlinie wodney w szczegulności, i w powszechności, i o operacyi* Paracenthesis. *O Rupturach, ich gatunkach, znakach, przyczynach, leczeniu, i o operacyach właściwych przypadkom: o operacyi* Bubonoceles, *Kastracyi, okaże paralellę Operacyi Cesarskiey i Synchondrotomij, i daley dawać będzie wiadomość, o chorobach kanałow urynnych; o Dyzuryi, Stranguryi, Jschurij, i Inflammacyi nerek; o kamieniu w nerkach, o przeyściu onego przez kanały urynne wnętrzne i zewnętrzne. O Kamieniu będącym w pęcherzu, o rozmaitey onego figurze, i o kamieniu wrostym. O wielorakich sposobach w dobyciu kamienia operacyi, i o zastosowaniu ich wedle przypadku, gdyż tenże sam sposob użytym bydź nie ma w zdarzeniu każdym, wyłączaiąc inne iakoby mniey właściwe lub łatwe. O Katetheryzmie czyli rozmaitym sposobie wprowadzania instrumentu* Algali *dla omacania kamienia. O chorobach człon*

in perinæo, & puncturæ methodus altera juxta DD. *Fleurant & Merij*, ubi urina ſuppreſsa eſt per Inflammationem & obſtructionem magnam ipsius colli veſicæ. Hæmorhoides: excreſcentiæ inde oriundæ; tumores, fiſtulæ ex et in-ternæ. Fiſtula completa cum callositate; sinus varij; operatio per incisionem, excisionem, ligaturam.

Operationes quæ inſtituuntur in extremitatibus, tum ſuperioribus, tum inferioribus. Venæ ſectio, arteriotomia; aneuvrisma verum á venæ ſectione mala ortum. Species variæ Panaritij; remedia in ejus curam indicata, & operatio. Vulnera Sclopetaria; differentia curæ iſtorum a cura vulnerum simplicium; Extractio globorum, necnon corporum heterogeneorum aliorum. Gangræna sicca & humida, Sphacellus; variæ amputationum methodi, Faſciæ poſt quamlibet earum applicandæ, extirpatio tumorum variorum, varijs in corporis regionibus ſupervenientium. Cauteria, ſetacea & cura præparatoria ante insitionem variolarum, & varia ipsius inoculationis methodus.

ka męſkiego, iako: Phimosis, Paraſimosis, *i obrzezaniu, która to operacya zwyczayna ieſt Zydom. O przekłuciu pęcherza w między kroku, i innym ſpoſobie przekłucia, wedle PP. Fleurant i Meryi operacyi używanych w wielkich inflammacyach i zaciśnieniu ſzyi pęcherza, gdy mocz zupełnie ieſt zatrzymany. O Hemoroidach, o wielorakich wyrsloach w otworze odchodowym: o nabrzmiałościach, fiſtułach wnętrznych, o fiſtule zupełney z zatwardnieniem ſię, o iey ſynusach, czyli odnogach w różne ſtrony. O operacyi przez incyzie, wyrznięcie i zawiązanie.*

O Chorobah i operacyach które ſię nadarzaią w ręku, i w nogach, o krwi puszczeniu, o Aneurysmie prawdziwym i przypadkowym, który bywa czaſem z złego krwi upuſzczenia. O rozmaitych gatunkach zanogcicy. O ſpoſobach używanych do uleczenia, i o operacyi. O ranach od broni ogniſtey, i o różnicy leczenia tych ran, od' ran proſtych, o wydobyciu kul, i innych iakich ciał w ludzkie ciało wpędzonych. o Gangrenie ſuchey, i wilgotney. o Sfacelu, i rozmaitych ſpoſobach odcinania członkow. o Bandażach w każdym zdarzeniu właściwie używanych. o Wykorzenieniu wielorakich nabrzmiałości, które na ciele naſzym znaydować ſię mogą, o Kauterach, i zawłokach. o Uſpoſobieniu i należytym przy-

Die-

Diebus designatis, præsidebit Lectionibus Anatomicis & Physiologicis pro Chirurgis exteris, per Correpetitores Academicos linguâ vernacula dari solitis.

gotowaniu przed wszczepieniem ospy, nakoniec o rozmaitym sposobie zaszczepienia.

We dni wyznaczone będzie prezydował Lekcyom Anatomicznym i Fizyologicznym dla Chirurgow Mieyskich dawać się zwykłym w Polskim ięzyku, przez Korrepetitorow Akademikow.

Nicolaus Tomaszewski AA. LL. & Philosophiæ Doctor. Vice-Professor Matheseos & Secretarius Collegii Physici: Dabit lectiones Elementares Algebræ, Geometriæ & Sectionum Conicarum pro iis, qui non satis in illis versati è Scholis inferioribus ad lectiones veniunt Academicas.

Mikołay Tomaszewski *Nauk wyzwolonych i Filozofii Doktor, Wice-Professor Matem: i Sekretarz Coll: Physici: będzie dawał ekcye LMatematyki początkowey dla tych, ktòrzy niedość w niey ćwiczeni Sze zkòł mnieyszych na Lekcyę przychodzą Akademickie.*

Nicolaus Regnier Medicinæ & Chirurgiæ Doctor, Sæ, Ræ, Mts, Medicus & Consiliarius, Exercituum M. D. L. primarius Medico-Chirurgus, Academiæ Regiæ Parisinæ Chirurgicæ Correspondens, Morborum Chirurgicorum & artis Obstetriciæ in Universitate Vilnensi Publicus Professor Ordinarius; anno sequenti tractabit:

1. De morbis ossium. Inprimis autem de anchylosi, variis ejusdem causis & symptomatis, quibus in vera & falsa divisis, de ratione medendi utrique speciei convenientissima dicet.
2. De Rachiti sive morbo Anglicano. Exponet sententiam Boer-

Mikołay Regnier *Medycyny i Chirurgii Doktor. J. K. Mci Medyk i Konsyliarz, generalny Sztabs-Medico-Chirurg Woysk W. X. Lit: Akademii Królewskiey Chirurgiczney w Paryżu Korrespondent, Chorob Chirurgicznych i Sztuki Położniczey Professor Publiczny. W tym roku mòwić będzie.*

1. *O chorobach Kości, Zacząwszy od anchylosis, opisze naprzód .różne ich przyczyny i symptomata, a podzieliwszy na prawdziwe i fałszywe, powie o kuracyi każdemu gatunkowi nayprzyzwoitszey.*
2. *O rachitis, czyli chorobie Angielskiey. przełoży zdanie Bo-*

erhavii, Glissonii, DD. May, quo ad ejus originem, tum aget, quantum poterit accurate, de hujusce morbi prognostico, Diagnosi, & curatione.

3. De Exostosi, illius causa, & signis, quibus cognoscitur esse rachitica, scorbutica, venerica, carcinomatosa; dicet tandem de diagnosi, prognostico & curatione.

4. De carie ossium, quam in aridam & humidam dividet; de causis morbi internis & externis, de spina ventosa, quæ est species carcinomatis ossa infestantis: in descriptione vero hujus morbi ejusdemque curatione sequetur vestigia Celeberrimorum Virorum, Petit & Duverney.

5. De fracturis in genere, provenientibus tam de causis externis, uti sunt ictus & graves casus, quam externis, quales sunt humores corrosivi, laminæ osseæ, prout in carie contingit. Quæ dum agimus, præcipua erit cura facere mentionem recens inventæ curandi methodi á Celeberrimis Britanniæ Chirurgis, Percivall, Pott, Sharp.

6. De Luxatione ossium in genere.

7. De relaxatione juncturarum.

8. De violenta juncturæ protractione.

erhawa, Glissona i Mayow o iey przyczynie; potym opisze prognostyki, diagnostyki i kuracyą iak naydokładniey.

3. O Exostoses, będzie takoż mówił o ich przyczynach i znakach, po których dòyść można, że one są rachityczne, szkorbutyczne, francowate, i kancerowate. Potym opisze ich Prognostyki, diagnostyki i kuracyą.

4. O sprochnieniu kości, które podzieli na suche i wilgotne, mówić też będzie o przyczynach wnętrznych, i zewnętrznych, o spina ventosa, która iest gatunkiem raku napastuiącego kości: w opisaniu tey choroby i oney kuracyi trzymać się będzie zdania sławnych Pisarzow, Duverney i Petit.

5. O Frakturach czyli zgruchotaniach w powszechności, pochodzących czy to z przyczyn zewnętrznych, iakie są uderzenia i upadki, bądź z humorow gryzących blaszki kościane, iako bywa w sprochnieniu. Opisuiąc tę chorobę uczyni wzmiankę o nowych leczenia sposobach wynalezionych od Anglikow, Percivall, Pott, i Sharp.

6. O Wywinieniu kości w powszechności.

7. O Zwolnieniu stawow.

8. O naciągnieniu gwałtownym stawu.

9. De diaſtosi, ſeu oſsium capitis perversione.

Dabuntur Lectiones diebus Lunæ, Mercurii, & Veneris, hora 3. pomeridiana, ab Octobri ad Aprilem; ab Aprili vero ad vacationes iisdem diebus & horis incipient Lectiones Obſtetriciæ.

1. De involumentis. 2. De partibus generationis tam internis quam externis. 3. De monſtruis. 4. De fæcunditate. 5 De graviditate ejuſdemque ſignis. 6. De cognoſcendo ſtatu mulieris gravidæ 7. De effectu conceptionis, ejuſque appendicibus. 8. De cauſis partus ejuſque diviſione, 9. De situ infantis in utero. 10, De obligationibus inſervientium partus tempore. 11. De auferendo placenta. 12. Quæ cura habenda sit circa matrem & prolem. De partu qui nec poteſt nec debet abſolvi abſque ope inſervientium.

Explicabitur deinceps discipulis ope machinæ, quæ mulierem bene confirmatam cum fætu perfecto repræſentet, quid facere debeant ad ſublevandam cum matre prolem in omni caſu poſsibili, cum videlicet infans in una ex quatuor positionibus exſerat, pedes, genua, podicem, ſummitatem capitis, faciem, partem colli anteriorem, pectus, ventriculum, partes generationis, tergum, lumbos, aures, brachia, manus, &c.

9. O przewróceniu głowy kości, czyli o diaſtoſis.

Lekcye regularnie dawać ſię będą w Poniedziałek, Srzodę i Piątek o 3. po obiedzie od miesiąca Października aż do Kwietnia; od Kwietnia zaś do wakacyi tychże dni i godzin o ſztuce Położniczey.

1. O Powiciu. 2. o częściach do rodzenia ſłużących tak wnętrznych, iako zewnętrznych. 3. O czyſzczeniu mieſięcznym. 4. o Płodności. 5. O brzemienności i iey znakach, 6. o Poznaniu ſtanu ciężarnych. 7. o Skutku poczęcia i onego przydatkach 8. O przyczynach połogu i onego poſtępach. 9. O położeniu dziecięcia w macicy. 10. O Powinności odbieraiącey pod czas boleści. 11. O odięciu łożyſka. 12. O ſtaraniu około położnicy i dziecięcia. O połogach które nie powinny lub nie mogą ſię zakończyć bez pomocy odbieraiącey.

Potym pokaże uczniom i każe operować na miednicy kobiety dobrze konformowaney, z dziecięciem zupełnym, wſzelakie ſpoſoby ratowania matki i płodu we wſzelkim przypadku, gdy dziecie ukazuie w iakieykolwiek ze czterech pozycyi, nogi, kolana, pośladek, wierzch głowy, twarz, część przednią ſzyi, pierſi, brzuch, części rodne, kark, grzbiet, lędźwie, ucho, bok ſzyi, łopatki, ręce, biodra, &c,

Ultimo dicetur de partu qui nisi ope inſtrumentorum abſolvi nequit; de fætu in utero matris de mortuo, de fætu imperfecto, dematricis obliquitate, de geminis, de partu mulieris mortuæ, de morbis mulierum tempore graviditatis, de casibus qui accidere ſolent in partu vel poſt partum, de morbis infantium recens natorum.

Quæ omnia Celeberrimorum Scriptorum nitentur, & recentiſsimis probantur obſervationibus.

Potym mòwić będzie o połogach, które nie mogą się ſkończyć chyba za pomocą inſtrumentow, o dziecięciu umarłym w żywocie matki, o zronieniu, o płodzie niedonoſzonym, o ukośności macicy, o bliźnięta ch, o połogu, umarłey kobiety, o chorobach kobiet ſtoſuiących ſię do brzemienności, o przypadkach zdarzaiących ſię w czaſie rodzenia i w połogach, o chorobach nowo narodzonych dzieci.

Co wſzyſtko zaſadzać ſię będzie na piſmach Autorow naylepſzych, i naypòźnieyſzych doświadczeniach.

PROSPECTUS LECTIONUM

IN COLLEGIO MORALI EX ANNO 1789. IN ANNUM 1790.

MICHAEL FRANCISCUS KARPOWICZ S. Theologiæ Doctor, Archidiaconus Prælatus Cathædralis Smolenscensis, Præpositus Grażyscensis & Prenensis Curatus, Theologiæ Dogmaticæ & Sacrarum Scripturarum Publicus & Ordinarius Professor, horis consvetis Lectiones instituet.

1mo. Cum jam tertiò cursum Theologicorum Dogmatum inchoandum habeat, expositis igitur utilitate, necessitate & essentia hujus sacræ scientiæ in genere, quantum ea influit in mores honestos, in Vitæ privatæ felicitatem, in vitæ civilis commoda, in vitæ futuræ denique beatitudinem; demonstrabit eam gloriosé fuisse vindicatam contra ignaros Divinorum obtrectatores, ac abusus quandoque in tractanda hac scientia, ignorantiâ sæculorum irrepsisse solitos, minime officere Ejus Dignitati & Præstantiæ. A

UKŁAD LEKCYI

W KOLLEGIUM MORALNYM Z ROKU 1789. NA ROK 1790

MICHAŁ FRANCISZEK KARPOWICZ S. Teologii Doktor, Archidiakon Prałat Katedry Smoleńskiey, Proboszcz Preńskí i Grażyski, Teologii Dogmatyczney i Pisma S. publiczny i ordynaryiny Nauczyciel, godzin zwyczaynych dawać będzie Lekcye takie:

1mo *Ponieważ iuż na trzecie trzy lata nauka Teologii Dogmatyczney ma się z początku zaczynać; przeto wyłożywszy znowu w powszechności pożytek, potrzebę i istotę tey Swiętey nauki, iak wiele ona wpływa do obyczaiow i uszczęśliwienia Narodow w prywatnym, Cywilnym i przyszłym życiu: ukaże, iako chwalebnie oczyszczoną została od potwarzy, któremi ią czernią nieumieiętni i nieświadomi rzeczy Boskich naśmiewcy, i iako wszelkie wady i niedoskonałości, które się do Teologii dla nieo-*

świecenia wiekow wkradać zwykły, zacności i szacunku iey istoty, w naymnieyszym punkcie nieubliżaią.

2do. Explicabit Theologiam nihil aliud esse, nisi Religionis scientiam. Hinc cum pro diversitate sentiendi, credendi, ac differendi de Divinis, proque variis Nationum, temporum ac sæculorum hac in parte vicissitudinibus, diversa fuerat hæc scientia, prout diversæ dominabantur Religiones, diversique Populorum ac Philosophorum de Divinis sensus: idcirco facta mentione historica & critica de variis opinionibus Eorum, quibus lux Revelationis vel nunquam affulserat, vel affulgere parata, mox contempta tenebrisque errorum involuta fuerat, accedet propius in suis Lectionibus ad Historiam Moysis de Origine mundi generisque Humani utpote omnibus Philosophorum Systematibus unicé præstantem. Unde patebit Religionem & Naturalem & Revelatam esse Mundo coævam, atque hinc Theologiam quoque, quæ scientia Religionis est, esse coævam primitivæ Religioni Hominum, primisque de DEO in Natura Humana cognitionibus. Talis Doctrina prout est rationali Homine digna, Ejus cælestem de-

2do. *Obiaśni że Teologia nic innszego nie iest, iak tylko znaiomość i Nauka Religii; ztąd ponieważ ta umieiętność dla niezednostayności myślenia, wierzenia i sądzenia, i dla rozmaitych odmian Narodow i wiekow różną brała na się postać wedle tego, iak które na świecie panowały Religie, i iakie były Pospólstwa i Filozofow orzecach Boskich mniemania; przeto uczyniwszy wzmiankę za przewodnictwem Historyi i Krytyki o różnych opiniach tych, którzy albo żadnego obiawienia niemieli, albo onym wzgardziwszy w grube błędow ciemności zaszli, przystąpi do wykładania Historyi Moyżesza o początku Swiata i narodu Ludzkiego, iako tey, która iedynie przewyższa wszystkich Filozofow systemata. Ztąd da się widzieć, że Religia i naturalna i obiawiona razem się poczęła z Swiatem, i że Teologia będąc Nauką Religii współczesna iest pierwiastkowey w Ludziach Religii, i pierwszym w rozumie Ludzkim o Bogu wyobrażeniom. Ukaże, iż taka nauka będąc godną rozumnego człowieka, będąc*

poczę-

monſtrans originem, Ejuſque finem ultimum DEUM Creatorem asſignans, longe ac infinitum diſtans veritate ſua demonſtrabitur ab illis *Materialiſmi* Doctoribus, qui felicitatem Hominum in asſimilatione Eorum cum brutis animantibus, finem vero illorum in annihilatione ac interitu temerariè conſtituunt.

poczętą z Nieba, i Boga Stworzyciela za cel oſtatni naznaczaiąca nieſkończenie prawdziwſza ieſt od Materyalizmu *owych Nauczycielow, którzy ſzczęśliwość ludzką na podobieńſtwie z bydlęty, oſtatni zaś koniec na śmierci i zniſzczeniu bezbożnie zakładaią.*

3tio. Si quis igitur ſive Theologiam veram, ſive quod idem eſt Religionem Divinam, ignorantiæ tenebris ſuperædificari putaret, eo ipſo veritatem Ejus ac Majeſtatem è fundamentis everteret. Miratur jure merito ratio ſana, quomodo a Sapientibus ad apparentiam Philoſophis *Theogonia* & *Mithologia* doceri poterat? quomodo *Theoſophi* divinationibus immerſi, vanis auguriis mirandiſque præſtigiis Gentes faſcinare audebant? At Revelata Doctrina, quæ ſupplementum rationis Humanæ, ejusque perfectio dicitur, nihilo magis delectatur, quam diſcuſſione prudenti motivorum, propter quæ creditur, cum ipſamet Peccati Originalis contagio, quam docente Fide, nec repugnante philoſophia, contraximus, reliquit in Nobis illa pretioſiſſima noſtræ originis Cæleſtis reſidua, *Rationem*, ſcilicet & *Libertatem*. *Ra-*

3tio. *Kto tak rozumie, że Teologia prawdziwa czyli Religia od Boga nam obiawiona gruntuie ſię na niewiadomości i ślepocie rozumu Ludzkiego, ten prawdę oney i powagę z gruntu obala. Rozum ludzki ſłuſznie ſię temu dziwuie, iakim ſpoſobem mądrzy na pozor Filozofówie mogli nauczać* Theogonii i Mythologii, *iakim ſpoſobem mogli formować domyſły i kłamſtwa o rodzeniu ſię i początku Bogow, iakim ſpoſobem* Theozofowie *czyli Bogomędrcy zaprzątnieni rzeczy przyſzłych zgadywaniem mogli omamiać Narody przez ſwoie próżne i udatne wieſzczbiarſtwa. Ale Nauka zaſadzona na obiawieniu, która ieſt dopełnieniem i wydoſkonaleniem naturalnego w nas Swiatła, za naywiękſze ma ukontentowanie ważność pobudek, dla których wierzemy, roſtropnie przeglądać; ponieważ ſam grzech pierwo-*

rodny,

tio, quæ in dies magis ac magis perficitur, inquirit quæ vera ſunt, quæ juſta, quæ rationabilia, & Philoſophia Chriſtianiſmum demonſtrat rationabilem. *Libertas*, item quæ, nec coactioni, nec neceſſitati ſubjicitur, eligit quæ ſana ſunt, quæ rationi congrua, quæ felicitati proxima, & Revelatio ſeu Theologia reddit rationem magis firmam, ac libertatem in electione magis tutam ac ſolidam. Auctoritas Revelationis non minuit rationis vigorem, nec Libertatis dominium, cum verum intimè ſit quod S. *Leo* Papa rationabiliter pronuntiaverit: *Magnarum hic vigor mentium eſt incunctanter credere, quæ corporeo non videntur intuitu, & ibi figere deſiderium, ubi nequeas inferre conſpectum.*

rodny, któremu podlegamy, iako naucza wiara á wczym Filozofia przeciwieńſtwa nieznayduie, zoſtawił w nas owe drogie pierwſzego ſtanu naſzego oſtatki, to ieſt: Rozum i wolną wolą. Rozum, *który ſię z wiekiem coraz barziey doſkonali, nie ſzuka nic, tylko prawdy, á Filozofia Chrześciańſtwo za nie przeciwne Rozumowi uznaie:* Wolna *także* wola, *która ani przynagleniu ani potrzebie podlegać niemoże, obiera co naylepſzego, co z rozumem naybarziey zgadzaiącego ſię, i co nayſkuteczniey do uſzczęśliwienia naſzego dopomagaiącego, á obiawienie albo Teologia umacnia rozum, i wolą tę ubeſpiecza; powaga zaś obiawienia nieumnieyſza mocy rozumu, i nieznoſi wolności woli, iako rozumnie i prawdziwie powiedział S.* Leo *Wielki Papież:* Wyſokich rozumow ta żywość ieſt: wierzyć bez ociągania ſię, czego przyrodzonym rozumem doścignąć poznawaniem nie można, á tam żądze ſwoie obracać, dokąd nie może doſięgać weyrzenie.

4to. Quæ Docti ac Percelebres viri tractare hiſce temporibus ſolent de *Idololatriæ* origine, deque primæva hominum Religione: an e *Theiſmo* ad *Polytheismum*, an vero á *Polytheismo ad Theis-*

4to. *O czym w teraznieyſzym czaſie ludzie nauką wſtawieni badać ſię zwykli względem początku Bałwochwalſtwa, i względem pierwiaſtkowey Religii na Swiecie: izali z wiary wiednego Bo-*

ga

rum facta ſit progreſſio? ſubſiſtet breviter in his Preſeſſor, ac ea, quæ propius ſacris ſcripturis ſunt accomoda, explicabit. Tandem *Atheismi* impiam geneſim ejuſqve perniciosiſſima in genus Humanum conſectaria exponet. *Naturalismi, Pantheismi*, ſeu *Spinoſismi, Machiavelismi*, ſive *Politicismi*, Univerſalis *Tolerantismi*. cæteraque otioſorum æque ac impiorum Hominum commenta ad labefactandam Revelationis neceſſitatem, veritatem & Majeſtatem excogitata, breviter explicabit, quâmque hæc ſint vana, impia, periculoſa, moribus & tranquillitati Regnorum perniciosiſſima, ac ſanâ ratione indigna; demonſtrabit.

ga do Polytheizmu, *albo* Wielobostwa, *czyli też z* Polyteizmu *do* Theizmu *stał się przechod w Narodach, nadtym się zastanowi Nauczyciel, á co będzie mógł znaleźć w Pismie S. do tey materyi stosownego, wyłoży. Daley postępuiąc* Atheizmu *początki i z onego nader szkodliwe na Naród ludzki spływaiące skutki opowie.* Naturalizmu, pantheizmu, *albo* Spinozyzmu, Jndifferentizmu, Machiawellizmu, *albo* Politicyzmu, *powszechney* Tolerancyi *i inne próżnych równie iako i bezbożnych ludzi wymysły na obalenie albo osłabienie Religii uroione krótko wyłoży, i iak one są fałszywe, iak niezbożne, iak obyczaiom szkodliwe, iak mieszaiące spokoyność publiczną, iak ludzi rozumnych niegodne; ukaże.*

5to. Quæ partes ſint in Theologia, *Rationis naturalis*, quodque Ejus ſit in Dogmatibus Revelatis officium, docebit: ubi Communi Chriſtianorum Doctorum ſententia demonſtrabit, rationem non adverſari fidei, etsi ſupra rationem ſint, quæ docet Revelatio; cum & Ratio & Revelatio, Ejuſdem DEI in Nobis ſint dona ineffabilia. Non datur quidem in Theologia inventioni ac induſtriæ locus, non inde ta-

5to. *Jaką ma swą cząstkę w Teologii rozum ludzki, i co iest iego w rzeczach obiawionych powinnością nauczać będzie. Gdzie podług powszechnego Chrześciańskich Teologow zdania dowiedzie, iż rozum nieprzeciwi się wierze, chociaż nad rozum iest to, czego naucza wiara, ponieważ iak* Rozum, *tak* Obiawienie, *iednegoż Boga są dary. Niemasz wprawdzie w Teologii mieysca dla przemysłu i wyna-*

lazkow

men Theologia ſcientia eſſe definit. *Metaphyſica* etenim e. g. in nobismet ipſis principia ſua habet repoſita; *Eruditio*, facta relata invenit non excogitat, & tamen in ordine eminentium ſcientiarum reponuntur indubiè; ſic & Theologia, etsi obiectum Fidei eſt inalterabile, nec Revelatio nova ulla prætendi poteſt, etsi Sacræ ſcripturæ auctoritas, Eccleſiæ ſolemnis doctrina, Patrum communis traditio, Conciliorum univerſalis deciſio, Theologiæ ſint argumenta; merito tamen Ipſa in numero utiliſſimarum ſcientiarum reponenda cenſetur. Si quis in Phyſicis rationem omnium reddere se poſſe præſumeret, vanus ac levis judicaretur, ſic in Theologicis, si omnia ad captum rationis explicare auderet, temerarius eſſet ac pene impius. Modus Tractandi Theologica Dogmata debet eſſe vividus cæleſti Pietatis igne, corda mortalium penetrans, ſimplex quidem & abſque fuco, at ſvavitate ac Majeſtate plenus, Ipſimet Religioni Divinæ & veritati ſimillimus, cui decori ſuo facile reſtitueretur hæc ſcientia, si non Profani Scioli ſoliſque ſæcularibus ſcientiis pauliſper delibuti, ſed periti nonnisi ac optime de rebus Divinis inſtructi eam tractaſſent. *Tunc enim ſunt feli*

lazkow ludzkich, nieprzeto iednak ona bydź przeſtaie umieiętnością i nauką. Metafizyka *naprzykład, w nas ſamych ma ſkład ſwoich* principiow: Literatura, *lub* Hiſtorya, *lub* Nauka ſtarożytności, *dzieła te, które opowiada, gotowe znayduie, á na nowo onych niewymyśla: z tym wſzyſtkim między wyſokiemi naukami bez wątpienia mieſzczą ſię. Podobnież i Teologia, lubo* obiektum *wiary żadney nie podlega odmianie, i nowego obiawienia wymyślać niemożna, lubo powaga Piſma S. uroczyſta Kościoła nauka, powſzechne Oycow SS. podanie,* Koncyliow *decydwiące wyroki, ſą zaſadą Teologii; ſprawiedliwie atoli w liczbie naypożytecznieyſzych nauk oſobno umieſzczona bydź powinna. W rzeczach* Fizycznych, *gdyby kto uſiłował każdey rzeczy przyczynę doſtateczną naznaczać, byłby poczytany za lekkomyślnego: Podobnym ſpoſobem, ktoby w Teologii wſzyſtko do poięcia rozumu chciał wykładać, byłby zuchwały i bezbożny. Spoſob uczenia Teologii powinien bydź żywy, ſerca przenikaiący, proſty, przyiemny á poważny, tak iak ieſt Religia i prawda. Lecz wtenczas dopiero poznana będzie w całey ſwoiey ſłodyczy i wſpaniałości, ta nauka, gdy ſami o-*

świe-

ces artes, ut meritò ait Quintilianus, *si de iis soli judicant artifices.* Tunc enim lex naturæ, lex scripta & lex gratiæ genuinis exponentur characteribus, unaquæque iuxta propriam Dignitatem, utilitatem, ac Chronologiam. Tunc demonstrabitur, quomodo summum Numen adorabatur semper in spiritu & veritate ab ipsismet gentis humanæ primordiis; quomodo *Synagoga* successerat Christi Ecclesia; quomodo Ecclesia de sæculis in sæcula potens in verbis & operibus resecaverat a sua communione omnes, qui Ejus Dogmata, mysteria ac Doctrinam Moralem præsumebant corrumpere, quomodo denique puritati Ejus Doctrinæ consultum a Divina Providentia fuerat per summos ac Sanctissimos Doctores fidei, sanctos Patres, non obstantibus tot persecutionibus, periculis, divisionibus ac erroribus Rebellium, super quos semper triumphum veritas ac Religio duxerat.

świeceni i gruntownie uczeni i uczyć iey będą, i do uczenia się iey przystępować. nie zaś mędrkowie świeckiemi nieco mądrostkami wstawiaiący się. Z dawna to sprawiedliwie rzekł Kwintylian: Szczęśliwe są te sztuki i nauki, o których sami Mistrzowie ich sądzą. *W takiey to dopiero Telogii* Prawo Natury, Prawo pisane, i Prawo łaski, *w istotnych swych wyrazach, w swey zacności, użyteczności i podług wieku swego kwitnienia nauczane będą: Tam się pokaże, iak Bostwo nayższe od prawdziwych swych chwalcow w Duchu i prawdzie od samych zaraz pierwiastkow rodu ludzkiego czczone bywało, iako Kościoł na mieysce Synagogi nastąpił, iako Kościół z wieku na wiek zawsze Swięty i mocny w słowiech i uczynkach odcinał od swey społeczności burzliwych zuchwalcow, którzy iego naukę, obyczaie i Swiętość szpecili, iako na utrzymanie czystości Boskiey nauki wzbudzała zawsze Opatrzność nayzacnieysze w ludzkiey naturze Męże i Nauczyciele w Oycach Swiętych, mimo wszelkie prześladowania, ucisk, trudności, zdrady, rozerwania, podeyścia i błędy, iakiemi od Pogan, od rospusty i zdradliwych Mędrcow prawda obiawiona była napastowana, á nad któremi*

remi w ſamym ich nawrócenia chwalebne odnoſiłą zwycięſtwa.

6to. His præmiſſis Theologiæ notionem, Ethymologiam, Definitiones ac innumeras Ejus Diviſiones a Celebrioribus Scriptoribus factas adferet, ut demonſtret, quanto labore ſæpenumero de Theologia erat tractatum; eo quaſi fine, ut longius a vera, genuina ſolaque ſalutifera hac recedatur Doctrina, quæ non niſi, de cognitione DEI Ejuſque exteriori ac interiori Cultu debito ac congruo, de credendis miſteriis, tum de formandis moribus Divina Doctrina dignis, debuiſſet tractare, ut hæc duo extrema circa Religionem vitentur: *Atheiſmus* nempe, & *Superſtitio Fanatiſmi* nomine communiter nuncupata. At cum præſenti ſæculo peſtis infamium impietate libellorum, late ubique ſummo cum præjudicio fidei graſſetur, ac animos præſertim Juvenum in effrenem blaſphemandi vivendique procaciter ac contra omnem legem inducat licentiam; præcavebit de venenoſis hiſce libellis eorumque pernicioſiſſimis, (ut videre eſt) in vita tam Chriſtiana, quam Civili fructibus; Ac demonſtrabit, ut intolerabilis eſt prætenſa conſcientiarum libertas ſen-

6to. *To przełożywſzy, opiſanie Teologii co do iey wnętrznego znaczenia, nazwiſka iey podług nayſławnieyſzych Teologow naznaczane, nieſkończoną liczbę iey podziałow i rozdziałow przywiedzie, aby pokazał z iakąſilną pracą, iakby dla tego prawie o niey wielu piſało, iżby tym daley do iſtoty prawdziwey tey nayzbawiennieyſzey nauki uſunięto ſię, którey treścią ieſt, w ſamey rzeczy, tylko uznanie prawdziwego Boga, i czci tak wnętrzney, iako zewnętrzney iemu powinney i przyzwoitey, wiara Taiemnic, tudzież uformowanie obyczaiow godnych Boga w ludziach i godnych pożycia ludzkiego w obywatelach, ażeby tych dwóch* Fatalnych *rzeczy względem Religii uniknąć, to ieſt:* Atheizmu *i* Zabobonności, *czyli* Fanatyzmu *iak powſzechnie to nazywaią. Że zaś w tym wieku zaraza Kſiąg bezbożnych ſzczegulniey ieſt rozſzerzona z niezmierną ſzkodą Wiary i obyczaiow aż do rospuſty, rebellii i oſtatniey niesforności zachodzącey; przeſtrzeże więc o tych bezbożności wynalazkach, o zrzódłach tey niegodziwości mówić będzie, i iak nieznośna ieſt owa*

pre-

tientlique prout labet de Divinis, tantopere iactitata licentia. Tum libros, quibus ſacra Religio ac Divina veritas invictiſſime ac ſapientiſſime vindicatur, indicabit.

pretendowana Wolność ſumnienia, czyli raczey nayobrzydliwſza rozwięzłość bluznienia i życia podług wyuzdaney ſwawoli okaże, tudzieſz o Kſięgach ſławnych na obronę Religii uczenie i roſtropnie wydanych uwiadomić Słuchaczow będzie miał za powinność.

7mo. De locis denique Theologicis ac de motivis credibilitatis ex ſelectis Authoribus, quæ magis neceſſaria ſunt, ſeliget, tandem finitis ejusmodi Prolegomenis Tractatum de DEO Ejusque attributis, ac de Myſterio SSS: Trinitatis, quæ Fidei ſunt, ad votum Eccleſiæ Catholicæ docebit. In toto hocce Tractatu, ſemper Profeſſor memoriæ Auditorum ſuorum commendabit, hujuſmodi ſensum Sancti *Auguſtini*, cujus & ipſe eſt memor, quô nempe Ille Sanctus Doctor, Librum Decimumquintum *de Trinitate*, cap: 51. concludit: *Domine DEUS UNE! DEUS TRINITAS! quacunque dixi in his Libris de Tuo, agnoſcant & Tui, si qua de meo, & Tu ignoſce, & Tui.*

7mo. *O Pobudkach rozumnego wierzenia i o zrzódłach dowodow Teologicznych cokolwiek nayzacnieyſi piſali Oycowie i Teologowie, to w krótkości zebrać i wyłuſzczyć ſtarać ſię będzie. Skończywſzy zaś te początkowe do Nauk Teologicznych przygotowania, Traktat o* Bogu i Jego przymiotach, *tudzież* o Taiemnicy Tróycy Nayświętſzey, *to co wiarą powſzechną i Iſtotną ieſt, podług żądania i potrzeby wiary Kościoła Katolickiego przekładać będzie, w całey tey nauce i Sam Nauczyciel pomniąc zawſze i Uczniow ſwych pamięci uſilnie zalecaiąc to* Auguſtyna *Swiętego zdanie, którym on Kſięgę ſwą Piętnaſtą o* Tróycy *SSS. zamyka:* Panie Boże Jedyny; Boże Tróyco! comkolwiek uczył w tych Kſięgach z Twey Nauki, niech to uznaią i ci którzy ſą Twoi. Jeślim zaś co wyrzekł ſam z Zdania mego. Y ty o! Boże

że mi odpuść, i niech Twoi odpuszczą.

Nihil igitur addet Professor de proprio, tractans de his, quæ ad salutem sunt revelata, absque Revelatione etenim *quis hominum poterit scire consilium DEI? aut quis poterit cogitare, quæ velit DEUS?* inquit Scriptura sacra *sap: 9. Cogitationes enim mortalium timidæ & incertæ providentiæ nostræ. Corpus quod corrumpitur, aggravat animam & terrena habitatio deprimit sensum multa cogitantem & quæ in PROSPECTU sunt, invenimus cum labore, quæ autem in Cælis sunt, quis investigabit?*

Nic zatym nie przyda Professor z swego lub innych Teologow wynalazku, do tych punktow, Które Bogu podobało się obiawić dla zbawienia i uszczęśliwienia Narodu Ludzkiego. Bez obiawienia bowiem Boskiego Któż z ludzi Rad Boskich może dosięgać. albo zgadnąć potrafi iakie są Boskie układy, *mówi Pismo S. w Księgach Mądrości w Rozd: 9.* Myśli bowiem Ludzi śmiertelnych są boiaźliwe i przeyrzenia nasze wcale niepewne. Ciało podległe znikczemnieniu obciąża duszę, a za mieszkanie się na ziemi uniża umyst o wielu rzeczach myślący. To nawet, co w Prospekcie iest, przychodzi nam z niezmierną pracą, co zaś iest w Niebiesiech a któż to wytłumaczyć i dosiąc potrafi?

Idem Professor sacras Scripturas qualibet feria sexta horis pomeridianis Vernaculo Idiomate Auditoribus Præleget, continuando libros Moysis ab Exodo incipiens, ac circa specialia Puncta juxta Doctissimas Calmeti dissertationes, differet.

Tenże Professor *Biblią Swiętą w Języku Polskim czytać i tłumaczyć będzie w Piątek po Południu, i na wzor Uczonych Kalmeta Dissertacyi, o szczegulnieyszych punktach Ksiąg Moyżesza, które rozpoczął, dokonywaiąc od Księgi* Exodu, *wykładać będzie.*

Thomas Hussarzewski Congr: Miſs: S. Theologiæ Doctor, Regens Seminarij Diœceſani, publicus Hiſtoriæ Univerſalis Profeſsor, diebus Lunæ, Mercurij, & Veneris, horis matutinis lectiones Hiſtoriæ Romanæ, initio ducto â coniuratione Catilinaria ſedata, continuabit; adhibita ſemper opportuna criſi, additisque continuis animadversionibus moralibus ac politicis.

Tomasz Hussarzewski *Congr: Miſs. Teologii Doktor, Regens Seminar: Diecezalnego, publiczny Hiſtoryi Uniwerſalney Profeſsor, w Poniedziałek, Srzodę, i Piątek z rana lekcye Hiſtoryi Rzymſkiey, począwſzy od uśmierzenia Katilinowego ſprzyſiężenia, nieprzerwanym ciągiem dawać będzie: łącząc zawſze należytą krytykę, oraz uwagi moralne i polityczne.*

Constantinus Bogusławski Sacræ Theologiæ Doctor. S. P. Hiſtoriæ Ecclesiaſticæ ac Theologiæ Moralis Publicus Profeſsor diebus in ordine Prælectionum designatis:

Konstantyn Bogusławski *S. P. S. Teologii Doktor, Hiſtoryi Kościelney, i Teologii Moralney Publiczny Profeſsor dni wyznaczonych w prządku Prelekcyi:*

Res geſtas Ecclesiæ ſecundum Sæcula diſtributas exponet, naturam, mores Perſonarum cum singulis circumſtantiis, nec non eventibus cujusvis Sæculi deſcribet, criſim ſuper ipſos Hiſtoriæ Scriptores, tum ſuper evidentiam & auctoritatem, tum etiam falſitatem & errorem cum adnotationibus ponet, quò facilius ſuorum Diſcipulorum animos, præſertim eorum, qui ſe Religionis commodo conſecrare parant informare ad virtutem, eoſquè in recte ſentiendo confirmare, a falſa auctoritate scriben-

Dzieie Kościoła na Epoki podzielone dawać będzie z zaſtanowieniem ſię nad Naturą, charakterami Oſob, okolicznościami i zdarzeniami każdego Wieku, oraz z uwagami i krytyką nad Piſarzami tych Dziejów, ich rzetelnością i powagą, lub fałſzem i zapędem ku uformowaniu rozumu i ſerca w ſwych Uczniach zwłaſzcza tych, ktòrzy ſię do poſług Religii zabieraią, ku ugruntowaniu ich zdań: nakoniec przeciwko zmyślonym nayczęściey cytacyom i płochym popiſom dzisieyſzych Mędrkòw.

bentium, ad quam ſæpe referuntur, revocare poſsit, minimequè eos ſciolorum ambitiosæ ſapientiæ, quâ nunc vel maxime triumphant, credere debere commonſtrabit. Statum præcipuarum Orbis Regionum illis temporibus, quibus Religio Chriſtiana introducebatur, initio Lectionum deſcribet ad neceſsarias in ſequentibus ſuis prælectionibus comparationes indicandas: jam vero illa prima Sæcula, quæ Viros Chriſtianos ſapientes, in promovendo cultu Divino diligentes, in retinendis Eccleſiæ Legibus conſtantes ac fortes prodiderant, in tractu istius anni evolvenda, pro ſui laboris ſcopo eligit.

Ukazanie Stanu znaczniey ſzych Państw przy zaprowadzeniu Chrześciańſtwa za wſtęp Lekcyi do potrzebnego nadal przyſtoſowania poſłuży, a pierwſzé Wieki Chrześciańſkie, te nayprzykładnieyſzą Epokę oświecenia, gorliwości, cierpliwości, i męſtwa Chrześcian za cel tegoroczney pracy ſwoiey obiera.

Idem Moralis Theologiæ Profeſſor prælectiones, de Actibus humanis, de conſcientiæ dictamine, de Officiis, diverſos vitæ ſtatus, & conditiones ſpectantibus, ſuis Diſcipulis tradet.

Tenże Profeſsor Lekcye Moralney Teologii, o Sprawach Ludzkich, o Sumnieniu, o Powinnościach do rozmaitych Stanów ściągaiących ſię, Uczniom ſwoim dawać będzie.

Cornelius Pocołojewski Philosophiæ, & SS. Canonum Doctor, Juris Eccleſiaſtici, & Proceſsûs Fori Spiritualis publicus Profeſsor, diebus, ac horis in Ordine Lectionum Academicarum præfinitis Curſum ſuum ab initio ordietur, atque præmis-

Korneliusz Pocołojewski *Filozofii, i SS. Kanonow Doktor, Prawa Kościelnego, tudzież Proceſsu Duchownych Sądow publiczny Profeſsor, we dni i godziny w Porządku Akademickich Lekcyi przeznaczone kurs ſwòy rozpocznie, i przywiodłſzy w Przed-*

missis in Præfatione ijs, quæ spectant narrationem historicam Collectionum Iuris Pontificij, designatisque Libris, quibus hodie idem Jus concluditur, primo Titulo aget de Juris Canonici divisionibus, ubi fontes adducet auctoritatis, qua fulcitur quicquid in Corpore eorumdem Librorum proponitur partim Jure Divino munitum, partim item jure humano innixum, tam scilicet scriptis mandato per Concilia, summos Pontifices, Sanctosque Patres, quám ex non scripto inducto per consvetudinem, & traditiones.

Jus Pontificium similiter ac Civile pertinet ad personas, res, & judicia; hinc rejectis ijs ad secundam, & tertiam Partem Institutionum, quæ causa personarum constituta sunt, primò tractatum instituet de Personis, quas in duplici significatione accipit Jus Canonicum: & propositis in generali, quæ varijs notis invicem insigniunt Clericos, & Laicos, de solis Clericis in hac Parte doctrinam juxta Canones producet, agendo primùm de Sacerdotibus superioribus, nimirum de Episcopis, Patriarchis, ac Metropolitis, ipsoque summo Pontifice, nec non de Cardinalibus, & Legatis,

mowie Historyczne opisania Kollekcyow Prawa Duchownego przy oznaczeniu Ksiąg składaiących toż Prawo, w pierwszym Tytule będzie mówił o podziale Prawa Kanonicznego, gdzie okaże źrzódła powagi tego wszystkiego, co się zawiera wzmienionych Księgach, częścią na Prawie Boskim wsparte, częścią Prawem ludzkim stwierdzone tak pismem Koncyliow, Papieżow, i Oycow SS. jako też bez pisma podane przez zwyczay i tradycye.

Prawo Kościelne podobnie jako i Swieckie traktuie o Osobach, rzeczach, i Sądach: przeto odłożywszy do drugiey, i trzeciey części poślednie dwa materyi podziały, naprzód będzie uczyć o Osobach podług tego Prawa rozłożonych dwoiako: i dawszy w powszechności znamiona, któremi nawzaiem różniąsię Xięża od swieckich ludzi, o samych tylko Xiężach w tey części naukę według Kanonow wyłoży, mówiąc naprzód o Kapłanach wyższych, jako to Biskupach, Patryarchach, Metropolitach, o Papieżu Rzymskim, tudzież o Kardynałach, i Legatach, potym o Kapłanach niższych, a na

gatis, tum de Sacerdotibus ſimplicibus, ac denique de illis Clericis, qui in miniſterio ſunt positi, quemadmodum ſunt Diaconi, Subdiaconi, & reliqui Eccleſiaſticis Ordinibus inſigniti. Omnium autem recenſebit ſpeciatim Ordinem, functiones, miniſteria, & jura, quæ ſcilicet profluunt ex ipſa eorum natura, vel habita ratione primitivæ inſtitutionis, ſingulis dein ſunt tributa.

koniec o Miniſtrach do uſług pierwſzym uſtanowionych, jakiemi ſą Dyakonowie, Subdyakonowie, i inni mnieyſzych ſtopniow Klerycy; wſzyſtkich zaś ſzczegulnie wyliczy ſtopień Duchowny, powinności, obowiązki, i prawa, które wypływaią z ſamey ich natury, albo przez wzgląd na pierwſze poſtanowienie potym ſą im przydane.

Sicut poteſtatis, quæ ex ordine promanat, varij ſunt gradus; ita etiam multiplicem præfecturam, ſeu jurisdictionem habent Clerici, quæ ex Beneficijs, vel jure delegato ipſis adveniunt; propterea ſtatuet diviſionem Eccleſiaſticorum, Magiſtratuum, deſignando quædam Beneficia nomine *Dignitatis*, quædam verò *Perſonatus*, alia denique *Officia*, nuncupando, ac in priorum referet numerum Archidiaconum, & Archipresbyterum; poſtremò tractabit de Parochis, quorum munia exactè hoc loco deſcribet. Poteſtatem delegatam diſcutiendo, peculiari Titulo diſſeret, quid importet Officium tam Vicarij Generalis, qui eſt omnium princeps, quàm cæterorum, qui nimirum

Jak mocy, która pochodzi z ſwięcenia, rozmaite ſą ſtopnie; tak też rozliczną Xięża maią władzę i przełożeńſtwo, które ſuż to dla Beneficyow, iuż też i Prawem delegacyi im ſłużą; z tego więc powodu podzieli Kościelne Beneficya nazywaiąc iedne Godnościami, czyli Dignitates, *drugie* Perſonatus, *inne na koniec* Officia *i między pierwſzemi wymieni Archidyakona, i Archiprezbitera, gdzie też nie przepomni o Plebanach, których władzę i powinności w tym mieyſcu opiſze. Roztrząſaiąc moc pochodzącą z delegacyi, udzielnym wyprowadzi tytułem, co zamyka tak Urząd Officyała Generalnego (który ieſt celnieyſzym między wſzyſtkiemi Wikaryuſzami) jako i innych Na-*

mirum in Sacramentorum administratione loco Parochi constituuntur. Canonicorum quoque originem, partes, & munia, cæteraque, quæ hos spectant, ceu á reliquis distinctos Clericis, singulariter enarrabit: post quos sermonem adjiciet de cæteris Beneficiatis, qui etiam Officijs Divinis quotidie interesse debent, & eadem, ut Canonici, residentiæ lege tenentur.

mieśnikow mianowicie zastępuiących w administrowaniu SS. Sakramentow, mieysce Plebanow. Kanonikow wziętych względem udzielnym różnicy przez obowiązki od innego Duchowieństwa opisze początek, własności, i powinności: po których przyda o innych Beneficyatach, którzy wspólnie w Kościele Modlitwami codziennemi służyć powinni, i równie jak Kanonicy, rezydencyi Prawem są obowiązani.

In secunda personarum specie recenseri Regulares, nemo est, qui ignoret, utpote qui suo Regulari Instituto á cæteris differunt viventibus in sæculo, sive ij sint Laici, sive Clerici; proinde de Monachorum origine, instituti vocatione, professione, votisque Religiosis ea adferet, quæ doctrinæ Ecclesiæ, ejusque circa hæc omnia disciplinæ, & spiritui cohærere certò noscuntur.

W drugim Osob podziale kładą się Zakonnicy jako różniący się swoim postanowieniem od innych bądź to świeckich ludzi, bądź Xięży; o początkach więc Mnichow, o ich Powołaniu, professyi, i wotach Zakonnych to przytoczy, co iest stosowno w tych wszystkich Artykułach do nauki Kościoła, iego ustawy i ducha.

Stabilitis Personarum speciebus, & uniuscujusque constitutis juribus circa potestatem tam ordinis, quám jurisdictionis: tandem accedet ad explicandos modos, per quos hæcce duplex præfectura respectivé acquiritur: unde tractando primo loco de pote-

Po ustanowionych Osob podziałach, i założonych o tychże Osobach prawach co do mocy stopniow święcenia, i juryzdykcyi, przystąpi potym do opisania sposobow, jakiemi ta dwoiaka władza nabywa się; ztąd mówiąc naprzód o Władzy, któ-

poteſtate, quæ Beneficiis ineſt, explanabit latiús tam electionis naturam, & ejus viciſſitudinem per concordata deinfirmatam (prolatis unà in medium regulis poſtulationis, & confirmationis electionis) quám Collectionis genera: ubi præcipuè enucleabit modum provisionis ſummi Pontificis, & Regulas, quæ dicuntur Cancellariæ Apoſtolicæ ad reſervationem Beneficiorum pertinentes, Auditoribus ſingillatim proponet. Deinde ſuccedet Inſtitutio, tertius nimirum modus conſequendorum Beneficiorum: quo loco exhibebit quicquid concernit tum hujuſmodi proviſionis ſpeciem, quùm etiam Juris patronatus originem, naturam, diviſionem, jura, & conſtituta recognitionis intuitu privilegia.

ra do Beneficyow ieſt przywiązana, obſzerniey przełoży niemniey elekcyi naturę i oney odmiany Konkordatami umocnione (przydawſzy o Poſtulacyi, i i potwierdzeniu Elekcyi prawidła) jako i Kollacyi rodzaie: gdzie ſzczegulniey będzie tłumaczyć ſpoſob prowizyi Papiezkiey, i Reguły nazwane Kancellaryi Apoſtolſkiey ſciągaiące ſię do rezerwacyi Beneficyow uczniom okaże. Potym naſtąpi Inſtytucya, trzeci ſpoſob otrzymania Beneficyow: w którym mieyſcu wyłoży co tylko przynależy do tego rodzaiu prowizyi, albo ſciągaſię do początku, natury, podziału praw, i przywileiow przez wdzięczność wyznaczonych Juris-patronatus.

Quod ſpectat poteſtatem alteram, quæ ordinis appellàtur: hanc ſiquidem Epiſcopi conſecratione, Preſbyteri verò, & reliqui Clerici ordinatione conſequuntur, eapropter de utraque è re natâ explicationem dabit, & tam de conſecratione, quam ordinatione ea omnia in medium producet, quæ eſſentiam, ritus, temporum intervalla, loca, & requi-

Co ſię tycze drugiey władzy, która z święcenia pochodzi, tę ponieważ Biſkupi nabywaią przez konſekracyą, inni zaś Duchowni drogą ordynacyi otrzymuią, więc o każdey z porządku w ſzczegulności przyprowadzi, co tylko przynależeć będzie do iſtoty, obrządkow, czaſu, mieyſca, i przymiotow w Oſobach do ſtanu Duchownego aſpiruiących:

requisita in ordinandis respiciunt; enimverò non omnibus datur aditus ad suscipiendos Ordines, sed ijs prohibentur, qui Canonico impedimento laborant; hinc, quæsint irregularitatis species? quæve ex crimine, vel defectu tam animi, quàm corporis procedant? singulas distincta explanatione sub oculos ponet.

nie wszystkim albowiem przystęp iest wolny do wyświęcenia się, ale od tego są odłączeni przeszkodę Kanoniczną maiący; które zatym są gatunki takowych zawad, czyli irregularitatum, *i które pochodzą z występku, lub niedołężności tak umysłu, iako i Ciała wszystkie osobnym tłumaczeniem wyszczegulni.*

Expositis modis acquirendi Magistratus, seu præfecturas, & jurisdictionem Beneficiorum Ecclesiasticorum intuitu, operæ pretium tandem erit exhibere rationes, per quas eadem potestas amittitur; Cùm itaque dupliciter eâ vacare contingat, nimirum extra pænam, vel pænæ causâ, utriusque speciei modos describet, in priori reponendo classe renuntiationem, & translationem, ad postremam rejiciet depositionem, & degradationem.

Wyłożywszy wyżey sposoby nabywania Magistratur, czyli przełożeństwa i juryzdykcyi przez odzierżenie Kościelnych Beneficyow, przyzwoicie wypadnie następnie wyrazić, jak władza ta utracać się zwykła; gdy więc tey pozbywaią się Duchowni dwoiako, to iest albo nie naganie, albo na ukaranie wykroczenia swoiego, obydwóch tych gatunkow sposoby opisze, w pierwszym kładąc renuncyacyą i translacyą, do drugiego zaś odnosząc depozycyą, i degradacyą.

Partem denique istam claudet Titulus de auctoritate, & potestate Capituli sede Episcopali vacante, in quo ad normam SS. Constitutionum, prout in cæteris, diligenter exiget, quid Capitulum nativo quasi, ac proprio jure exercere valeat,

Część tę naostatek zamknie Tytułem o Władzy Kapituły w czasie wakuiącey Biskupiey Stolicy, gdzie podług Praw Kościelnych z pilnością wywiedzie, co Kapituła może czynić własnym prawem, gdy Stolica Biskupia wakuie, i komu tęż władzę Kon-

si Ecclesiam Episcopo vacare contingat, & quibus hanc potestatem committi Concilium Tridentinum jubeat, ut rectiùs, & promptiùs omnia in viduata Pastore Ecclesia expediantur?

cylium Trydeńskie zdaną mieć chce dla tym porządnieyszego, i prędszego rzeczy Kościelnych w takim zdarzeniu odbywania, i urządzenia?

Hieronymus Stroynowski S. Theologiæ & utriusque Juris Doctor, Canonicus Kijovienſis, Regiæ Scientiarum, ac Bonarum Artium Academiæ Florentinæ Membrum, Juris Naturæ & gentium Professor, diebus Martis, Jovis & Saturni, horis matutinis, publicas lectiones suas instituet: atque Novum Cursum suarum lectionum inchoaturus, ineunte hoc anno scholari, prænissa brevi institutione Logica, explanabit *Jus naturæ arctiùs sumptum, ac Jus naturale Politicum.* Materiarum verò hujus Scientiæ ordo is semper observabitur, qui continetur in libro ab eodem Professore in lucem publicam ad usum auditorum suorum edito, cui titulus: *Scientia Juris naturæ* &c.

Hieronim Stroynowski *S. Teologii i Oboyga Prawa Doktor, Kanonik Kiiowski, Krolewskiey Nauk Akademii Florenckiey Towarzysz, publiczny Prawa Natury i Narodow Profesor, we wtorki, Czwartki i Soboty rano lekcye swoie publicznie dawać będzie: a razpoczynaiąc na nowo Kurs swoich lekcyi, w tym roku szkolnym, podawszy krótko przepisy logiczne, wyłoży:* Prawo Natury *ścisle* wzięte, i Prawo naturalne Polityczne. *Porządek zaś Materyi w tey nauce zachowany będzie taki, iaki iest zawarty w Kśiążce od tegoż Profesora dla Użytku swych Uczniów na widok publiczny wydaney, pod tytułem:* Nauka Prawa Przyrodzonego. &c.

David Pilchowski, Sæ Theologiæ & Canonum Doctor, Canonicus Livonienſis, Præses Collegii Moralis, Publicus Litera-

Dawid Pilchowski, *S. Teologii i Praw Kościelnych Doktor, Kanonik Inflantski, Prezydent* Kollegium *Moralnego, Literatury*

teraturæ Profeſsor diebus & horis præſcriptis prælectiones inſtituet, in quibus præmiſsa breviori univerſæ Artis oratoriæ, ordine quàm aptiſsimo, expoſitione, præcepta ſolidioris ac ſublimioris Eloquentiæ fuſiùs & latiùs explanabit ex libris Ciceronis *de Oratore*, è quibus, judicio eruditiſsimorum virorum, non ſolum præcepta, ſed etiam exempla eloquentiæ peti poſsunt.

publiczny Profeſsor, w dniach i godzinach przepiſanych lekcye dawać będzie, w ktòrych, przełożywſzy, w krótkiey oſnowie, całą naukę Wymowy, porządkiem nayprzyzwoitſzym, uſtawy gruntownieyſzego i wyżſzego Krasomówſtwa dokładniey i obſzerniey tłumaczyć będzie z kſiąg Cycerona o Mówcy, z ktòrych, zdaniem uczonych, nietylko uſtawy, ale też wzory i przykłady Kraſomówſtwa czerpane bydź mogą.

His addet ex aliis ejusdem artis Magiſtris nonnulla de optimo charactere eloquentiæ, præſertim Civilis, in foro, curia, comitiis, ceterisque publicis conventibus: de modo imitandi, de vi ac delectu, ordine ac diſpoſitione argumentorum, de dicendi ornatu, perſpicuitate, gravitate, ſive, ut ait Cicero, *de ſuavitate auſtera ac ſolida*, de ſtylo ſublimiori ac præſtantia numeroſæ orationis, tam in lingua Latina, quàm Patria; de permotione denique animorum, ſive affectibus excitandis.

Przyda do nich niektòre przepiſy z innych teyże ſztuki Nauczycielów o naywybornieyſzym kſztałcie wymowy, oſobliwie obywatelom w ſądzie, w radzie, w poſiedzeniach ſeymowych potrzebney: o ſpoſobie naśladowania doſkonalſzych Mòwców, o mocy i wyborze, o porządku i układzie dowodow, o wymowie iaſney, ozdobney, poważney, czyli, iako powiada Cycero, o ſłodkomówności doſtoyney i gruntowney: *o ſtylu wyżſzym i wyborze płynney i potoczyſtey mowy, tak w Łacińſkim, iako w Oyczyſtym ięzyku; toż o wzruſzeniu woli i ſerca, czyli o wzbudzeniu affektów.*

Quibus adjunget nonnullorum

Przyłączy do tego tłumaczenie

rum elaſsicorum autorum explicationem, præſertim Orationum Ciceronis, Hiſtoricorum, ac Pòètarum, cum interpretatione vernacula, declaratione artificii utriusque eloquentiæ, tam ſolutæ, quam ligatæ, expositione argumenti ac ſtructuræ totius rei enodatione ſententiarum, quæ Philosophiam morum, præſertim officia hominis, ac civis, continent, indicatione demum eorum omnium, quæ ad notitiam antiquitatis, ad ritus, inſtituta, mores, fœdera, pactiones, jura gentium, diſciplinam Reipublicæ ac omnimodam eruditionem, quam Cicero *lautam Oratoris ſupellectilem* vocat, pertinent.

niektórych Klaſsycznych Autorów oſobliwie Mów Cycerona, Hiſtoryków i Poetòw na ięzyk Oyczyſty, z obiaśnieniem ſztuki mowy wolney i wiązaney, z rozebraniem oſnowy rzeczy całey, z wyłuſzczeniem zdań które zawieraią w ſobie naukę obyczaiòw oſobliwie obowiązki Człowieka i obywatela, z ukazaniem naoſtatek tego wſzyſtkiego, co ſię do poznania ſtarożytności, do zwyczaiòw, obrządkow, uſtaw, do przymierzów, kontraktów ugodnych, praw narodow, znaiomości Rzeczypoſpolitey, i do wſzelakiey erudycyi, ktòrą Cycero zowie doſtatnim Mówcy ſprzętem, ściąga.

Deinde propoſitæ arti bene dicendi praxim, ſive exercitationes oratorias accommodabit: quarum argumentum plerumque erit (uti ſvadet, duce Quintiliano, eruditiſsimus Rolinus) ejusmodi ſententiæ, quæ grave & honeſtum aliquid moneat, proſequaturque in ſenectutem, & impreſsa animo, ad mores proficiat.

Tòż do przełożoney nauki dobrze mówienia, praktykę czyli Cwiczenia Kraſomówſkie przyſtoſuie: których treścią nayczęściey będzie (iako radzi, za przewodnictwem Kwintyliana, uczony Rolin) zdanie takie, któreby coś poważnego i przyſtoynego wrażało, oraz tkwiało aż do ſtarości, a zaſadzone w umyśle, na zawſze do obyczayności ſłużyło.

Po-

Poſtremò deducet Alumnos ſuos ad cognitionem librorum ac Scriptorum, qui vel doctrinæ præſtantiâ, vel ſtyli elegantia excelluêre: atque ut, quemadmodum ait Quintilianus, & *optimi libri legantur*, & *diligenter*, modum ac rationem, eosdem cum fructu legendi tradet.

Na koniec przyprowadzi uczniow ſwoich do poznania tych kſiąg i Autorów; którzy abo wyborem nauki, abo piſania gładkością wygórowali: a iżby, iako mówi Kwintylian, i dobre kſięgi czytano, i pilnie; *poda ſpoſob czytania onych z pożytkiem.*

BIBLIOTHECA UNIV. IAGELL. CRACOVIENSIS

F ✿ 033316

Bibl. Jag.

Bibl. Jag.